Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Speculum stultorum

https://hdl.handle.net/1874/313565

C.A. 0727

Incipit epiſtola veteris vigelli ad guilhelmū amicū ſuū ſecretū con-
tinens ītegumentū ſpeculi ſtultoꝝ ad eundem directi et inferi9 ſcripti

Dilecto ſibi in xp̄o et ſemper diligēdo fratri guilhelmo. Su-
us vigellus. Salutem in ſūmo et vero ſalutari. Librū tibi
nuper miſi cuius et titulus et textus legentibus et non ī-
telligentibus videtur eſſe ridiculoſus. Sed et ſi ſingula ſubtiliter in-
ſpexeris animū ꝗ ſcribentis et intentionem attenderis. licet ſtilus non
minus ſit rudis ꝙ materia in aliquo poſſet erudiri. Vnde vt tibi in lu
cem prodeāt que verboꝝ velata ſunt diſſimulatione pauca tibi breuit
de abſconditis meis dignū duxi denudare. Titulus igitur hui9 libel
li talis eſt. Speculum ſtultoꝝ. Qui igitur ſic appellatus ē vt inſpiciētes
aliena inſpecta ſtulticia tamꝙ ſpeculū eā habeant quo īſpecto ꝓpriam
corrigāt. diſcantꝗ in ſeipſis id eſſe rephendendū qđ in alijs reprehen
ſibile viderint q̄ſi per ſpeculū. Verūptamen ſicut ſpeculū intuentib9 fa
ciem repreſentat et formā. ſ3 nequaꝙ in aīo p̄terite rep̄ntationis con
ſeruat memoriā. ſic et ſtultis familiare ſolz eſſe et rarū ſolz eſſe vel dif
ficile a propria reuocari ſtulcia q̄ntumcūꝗ fuerint eruditi ex aliena.
Dicitur igit̄ ſpeculū ſtultoꝝ quia ſtulti īſpecta ſapiēcia ſtatim obliuiſ-
cunt̄ eā. vel quia ſapiētes ex eo eciā proficiunt qui dū ſtultoꝝ ſtolidi-
tatem aſpiciunt ſeipſos componunt. et ex trabe īſpecta in oculo alieno
feſtucā eiciunt de ꝓprio. Hec de titulo. Introducit̄ autē aſinus aīal
ſtolidum volens caudā aliam et āpliorem ꝙ natura contulerat contra
naturā ſibi inſeri non reſpiciēs quid neceſſitas expoſcat et ſtatus vti-
litas ſuadeat. eo ꝙ magis vota ſua contra naturam acuens quo ad im-
poſſibilia ſe cōuertit. et fact9 eſt īpaciens dilationis. Aſinus iſte mona
chus eſt aut quicūꝗ alius religioſus in clauſtro poſit9 q̄ tamꝙ aſinus
ad obſequiū dn̄i ſeruicio diuino eſt mancipat9. q̄ nō contēt9 cōditioē
ſua ſicut aſinus ſua cauda id qđ naturaliter non accepit vel natura re
pugnāte nequaꝙ poterit accipere affectat āplius ad illud modis oīni

bus anhelans. et conſulit medicũ. i. quecũq putat id ſibi conferre qd
mente captꝰ eſtimat eſſe poſſibile. Caudã veterẽ vult ſibi auelli et no
uam inſeri. quia vitã clauſtralẽ in q̃ deberet vſq in finem perſeuerare
vt ſaluꝰfieret oĩno faſtidit. querens oĩbus modis qualr̃ ab eo euellat
et trãſplantet̃ vt noua cauda et plixa ſibi poſſit accreſcẽ. ſcȝ vt priora
tum vel abbaciã poſſit ſibi apprehendere vbi parentũ ſuorũ ſequelã co
pioſam poſſit ſibi ĩſerere. et poſtea q̃ſi caudã pꝰ ſe quocũq ierit tra
here glanter. Medicus vero ideſt iſte q̃ deſiderat ĩfirmũ hunc curare
dummõ ſit curabilis audiat quid aſinus petat quid deſiderat quo deniq
tendit. et petitionẽ habeat p friuolo. deſiderium pro ſtulto. id quo ten
dit oĩno pro nichilo. vnde ab inceptis ſuadeat deſiſtere et naturalibus
contentũ bonis aliena non appetere. dicens de facili eum bona que poſ
ſidet perdere poſſe ſed pdita non leuit̃ ſed vix aut numq̃ recuperare.
¶ Due vacce fuerunt quondam cuidam patrifamilias que tẽpore hy
emali in quodã prato lutoſo de nocte cõmorate ſupueniente gelu acri
ori per caudas lutoſas terre q̃ limoſa erat adheſerunt et ita congelate
ſunt q mane cũ ad ſtabula reuerti conarentur nullatenꝰ potuerunt a
terra caudas euellere ſed compulſe ĩuite reſidere. Vñ cũ altera eorũ for
tune ſue nimis eſſet impaciẽs illecta vero in amore vituli quem nuper
domi reliquerat ĩcluſum. caudã ſuam nimis feſtine pſcidit. domumq re
currit ſuadens ſocie ſue vt abſciſa cauda ab impedimẽto ſe ſolueret et
ſecũ expedita rediret. Sed illa magis circũſpecta et ſecum penſans qd
cauda que oneri eſt hyeme. vtilitatis conferat in eſtate. conſilio acqui
eſcere ſupſedit expectans donec ſol circa meridiem incaleſcens et gla
ciem ſolueret et gelu temperaret. eamq ſineret ĩmaculatam gaudenter
abcedere. que per diſcretionẽ ſe nouit in anguſtijs tẽperare. Hee due
vacce duo genera hoĩm ſunt in religione viuencium. Sunt enim qui
dam nimis indiſcreti et valde precipites qui cũ aduerſitate aliqua ſup
ueniente quaſi quodam gelu conſtricti vel parentũ ſuorũ teneritudine
quadam ſicut vacca vituli amore capti et excecati caudam ſuam ſta

tim abſcindūt id eſt memoriā mortis q̃ ſe a muſcis ꝑuolantibus et pū
gentibus deberent protegere longe proiciunt. ſed in futurum non pro
ſpiciētes nec eorū exitus in ira ſua metiētes veteres aīcos ſuos qui eis
in neceſſitatibꝰ adeſſe poterāt ſine ſpe recuperationis abſcindunt ſiue
preſcindunt penitus et euellunt. Vn̄ in tp̄e anguſtie nō īmerito cadūt
ante faciē ſubſequētis amicoꝝ deſtituti adiutorio qui noluerunt mode/
rari quid facerēt in furore ſuo. Alij ſunt qui maturiori reguntur conſi/
lio ſpūs ſapiencie et intellcūs in īteriora extenſi et qđ maxime pruden/
cie eſt fortuitos caſus inopinatorū metiunť euentuum qui in aliquo le
uiter ſeu grauiter eis poſſent nocere: illud ſapientis pre oculis habētes
īterioribus vn̄ verſus. A caſu deſcribe diem non ſolis ab ortu. Non at
tendentes faciē ſcorpionis ſed caudā. Hij ſunt q̄ ī aduerſis pacienť ī/
pacientiū repulſiones tolerāt. qui beneficij ingratos humili expectatione
in memoriā īmemores reuocāt· qui rerū exitus plus q̄ꝫ principia pon/
derant. Hij ſunt qui eſtiui feruoris non īmemores caudā ſuam ſeruant
vt muſcas abigant et elidant. Cauda extrema pars eſt corporis qui
membris omnibꝰ neceſſaria eſt in die incaleſcentis feruoris. Cauda
corporis eſt finis vite pn̄tis ſignans hunc qui bonū facit et bene cuſto
dit muſcas id eſt demonū inſidias in die feruoris ſcilicet in die iudicij
non timebit. Ille vero qui tēpore hyemis et hꝰ vite pn̄tis frigeſcen/
tis caudā abſciderit id eſt extrema ſua corrigere neglexerit in tormen
tis cū demonibꝰ ſubiacebit. Galienꝰ igiť volēs vt aſinꝰ ſaperet et ītelli
geret ac nouiſſima prouideret diſſuaſione vſus eſt. ſed cōſiderās q̄ꝫ ſtul
to aliquid contra voluntatē ſuadere vel diſſuadere nimis ſit difficile cū
eum videret in ꝓpoſito ſuo ita ꝑtinaciter perſiſtere iuxta ſalomonē q̄
ait reſponde ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā precepit ei vt quedam perquiret
que erāt īpoſſibile repiri. quaſi maīfeſte ei diceret. Conſilio non acqui
eſcis. exemplo non inſtrueris. neceſſe eſt vt labore manuum erudiaris
Multis enim vexatio dedit intellectum. quos proſperitas num̄q̄ꝫ potu
it erudire. ¶ Aſinus enim qui vadit emere varia et in vaſis vitreis

ea recondit monachus eſt. qui vt vanitatē quam deſiderat aſſequatur
circūquaqꝫ diſcurrit grām hoīm querens que quaſi vitrum fragile eſt
nūc ꝙ adulatoribꝰ allicit· nūc muneribus aſtringit. totqꝫ laboribus et
erumpnis afficitur pro nichilo ꝙ longe minori precio poſſet regnum
celorum ſibi comparaſſe. Unde plerūqꝫ fit vt dum ſupra ſe quis rapitur
ꝑ ſtulta et inania deſideria acquirat non ſolum. ſed illud eciam modi-
cum perdat qđ priꝰ habebat. Sic aſinꝰ qui cū nouā caudā ſibi inſeri
laborauit veterē oīno confuſus amiſit. ¶ Iſte frater fromundus qui
canes īmiſit in aſinū et poſtea nimis ꝑterritus ſimilauit ſe in oībꝰ ſa-
tiſfactū cogitās quō eū de medio tolleret. et dū hec callide machinare-
tur ab aſino in rodanū precipitatꝰ ē et ſubmerſus. eos ſignificat q̊ frēs
ſimpliciores ſua aſtucia circūuenire et decipe attēptant ſepiꝰ ipſi ī la-
q̄os incidūt quos alijs abſcondūt. Iuxta illud neqꝫ fuit vnꝙ̄ vel erit
lex equior vlla. ꝙ̄ necis artifices arte perire ſua. Verba que ſecum aſi-
nus loquitᷣ ſecundū animi ſui motum nunc fatua nūc indiſcreta. medi-
tationes eorum ſignant indiſcretas et īutiles qui ponunt impoſſibilia
in animo ſuo. et ea que non ſunt tamꝙ̄ ea que ſunt ſperāt et expectāt
dies ſuos in vanitate conſummantes. circa ſeria deſides et negligentes
et circa friuola ſolliciti et precipites. quorum cogitationes ſtultas et ī-
ſtabiles opera que ſequuntur oſtendunt dicente ſcriptura. A fructibus
eorum cognoſcetis eos. ¶ Qđ autem ſequitur de filio preſbiteri et pul-
lo galline qui poſtea pro tibia fracta reddidit talionē. q̄a ꝑ ſe ſatis e-
lucet ergo nō indiget expoſitione. Hoc enī hodie ex cōſuetudine ver-
ſum eſt in naturā. vt qui leduntᷣ vel eciā in mīmo offenduntᷣ in pue-
ricia tēpus retributionis vſqꝫ ad ānos vltime ſenectutis reſeruent in
memoria. nec acceptam aliqñ iniuriam obliuiſcantur quouſqꝫ manifeſ-
te fuerit expiata per penam. ¶ Pariter aſinus qui pariſius ſcolas fre-
quentat et lrās pena diſcendo et operam perdit et impenſam quia diſ-
cedens nomē vrbis non potuit retinē in qua per ſeptenniū morā fecit
illos ſignat qui cū ſenſus nō habeant excercitatos vel aptos ad lrās

apices ītelligendos. tñ vt viderant in vtroq; teſtamento eruditi libros legunt quos nō ītelligunt quoꝝ eciā noīa eis plectis non meminerunt cupiētes poci9 vt ab hoībus multa et magna ſcire credant ex aſſidua libroꝝ aſpectione ꝗ̄ vt aliquid ſciāt in rei veritate. Hij in oībus ap te eruditi ſunt quouſq; articul9 emerſerit vt res verbis fidem faciat. et ſciēcia diucius abſcondita per operis effectū in publicū prodeat. cū turpe et ridiculoſum id aliqñ profiteri non erubeſcere qđ cum ad rei aſſecutionē peruentū fuerit liquide appareat eū oīno neſcire. Sunt aūt hodie multi ſimulatores. nec eſt ars aut ordo in vniuerſo fere orbe ī quib9 non eſt aliqua ſimilatio· Qui enī artib9 vacant ſimulant ſe ſcire quod neſciunt. Qui in ordine religionis viuūt id volunt videri qđ nō ſunt. Vnde brunellus q̄dam de diuerſis ordinib9 interſerit iocoſa qua dam īſimulatione reprhendere que nouerat aſpera īcrepatione nequaꝗ̄ ſe poſſe extirpare. Multa enī genera mēbrorum ſunt que vtili9 vngen tum ꝗ̄ cauterium id eſt ferrū quo vtunt infirmi vel dāpnati ad mede lam admittunt.

¶ Hec de prologo autoris.

## ¶ Incipit prologus. in ſpeculum ſtultoꝝ.

SUſcipe pauca tibi veteris vuilhelme vigelli:
Scripta minꝰ ſapido nuper arata ſtilo
Hoc modicū nouitatis opꝰ tibi mitto legendū.
Maxima pars anime dimidiumqꝫ mee
Ipſa ſuperficies quāuis videat̄ inepta
Materieqꝫ rudis. verba diſerta minus.
Multa tn̄ poterit lector ſtudioſus in illis:
Senſibus et ſtudijs carpere digna ſuis:
Non qđ verba ſonant. ſed q̄ contraria verbis:
Inſita ſenſus habet. ſunt retinenda magis
Quis vetat ex nugis vario ꝑadigmate ſūpto:
Seria qn̄qꝫ plurima poſſe loqui. legi
Sepius hyſtorie breuitas hiſtoria magna:
Claudit et in vili res precioſa latet.
Quitqd ad exemplū morū doctrina ꝓpinat
Doctrine cauſa debet habere locum

## ¶ Explicit prologus. Incipit pars executiua.

SEpiꝰ admiror dū tpa lapſa reuoluo
Qm̄ fuerit nobis q̄ꝙꝫ nōnda tibi
Nil cū p̄terito pn̄s in tempꝰ habē:
Cernit̄. in caudā vertit̄ oē caput
Fit de nocte dies tenebre de luce ſerena
De ſtulto ſapiens de ſapiente nichil
Fit catho mētis ebes linguā facundꝰ vlixes:
Perdidit. inſtabiles nūc habet aura vices
Plusqꝫ cathone ſapit. magis ē facundꝰ vlixe.

Qui non mut⁹ erit mente manuq̧ꝫ carens
Quiſqꝫ fuit ſapiens duro ſub tp̄e belli
Hūc quaſi delirum tp̄a pacis hn̄t
Et qui nil ſapuit niſi ſtultū tēpoꝛe duro
Poſtq̄ꝫ pax rediit incipit eſſe catho
Nōcqꝫ magis miroꝛ furant̄ neſtoꝛis annos:
Quos nondū ꝑtus edidit ipſe ſuus
Sic foꝛtuna parit dū part⁹ ꝓdigioſus
Reddit̄ ex ꝑtu pꝛodigioſa ſuo
Pꝛodiga facta magis q̄ꝫ pꝛouida ꝓdigioſam
Cū ſciat ante ſuā ſe peperiſſe diem
Nā puer īpubes cicerone diſcretioꝛ ipſe
Fingit̄ et magno ſcire cathone magis
Oīa lunari ſubiecta globo reſerare
Nouit et interdū miſtica multa videt
Qualemcūqꝫ virū cupio q̄ntumꝫ diſertū
Fingere mente manu pingere talis erit
Sicqꝫ dealbatus paries depingit̄ extra
Interi⁹ plen⁹ ſoꝛdibus atꝫ luto
Sic pictura lutū veſtit ſic gēma venuſtat:
Stercoꝛa. ſic auꝝ putrida ligna tegit
Cui nichil ē ꝑ ſe nec hꝫ quo tēdat in altum:
Expedit alteri⁹ vt releuetur ope
Eſt tn̄ abſurdū cū quilibet ex alieno
Altius intumeat q̄ꝫ tumuiſſe decet
Quāuis de ꝓpꝛia cū quis virtute ſuperbit
Sic viciū leuius hoc tn̄ eſſe puto
Conſuetudo tn̄ ſolet attenuare pudoꝛem
Reddit et audacem quē moꝛa longa iuuat
Regna licet teneat ſceptrūqꝫ leonis azellus

Iuraqꝫ det populis ſemper azellus erit
Aſperior tñ eſt in ſede leonis azellus
Si poſitus fuerit q̄p foret ipſe leo
Pelle leonina tectū detexit azellum
Riſus et excedens gloria vana modū
Si moderata foret ſaltē ſub ymagine falſa
Res ſimulata diu poſſit habere locum
Sꝫ nimis īpaciēs grauis ī nouitate venuſtas
Precipites ſaltus in ſua dāpna dedit
Dū miſer ipſe ſibi factus fuit ex alieno
Fortunam didicit dedidiciſſe ſuam
Perdidit. īuitus male ſe ſimilante leonē.
Qđ bene ſiue male credidit eſſe bonū.
Si qua min⁹ prudens male ꝑdidit ex alieno:
Perdidit. ex ꝓprio nil per̈ſſe liquet
Que fuit ante ſibi nullo mediante figura
Permanet ex nichilo ꝑdidit ergo nichil
Qui leo non potuit fieri· ſi fiet azellus:
Sufficit. alterius ſarcina pondus habet.
Quoqꝫ magis fertur magis ē oneroſa ferenti
Reſpectu vario pondera pondus habent
Sanius ergo foret alienū non rapuiſſe
Q̄m cum dedecore non retinere ſuum

De azino ql̄r voluit caudā ſuā fieri longiorē

Auribus īmenſis quondā donat⁹ azellus
Inſtitit vt caudā poſſꝫ habere parem
Cauda ſua capiti quia ſe conferre nequibat
Alcius ingemuit de breuitate ſua

Non quia longa ſatis nō eſſet ad vtilitatē
Ante tñ ꝗ̄ ſic apocapata foret
Conſuluit medicos quia qđ natura negabat
Artis ab officio poſſe putabat eos

## ¶ Reſponſio galieni

Cui galienꝰ ait ſatis ē bipedalis azelle:
Cauda quid ulteriꝰ poſcis inepte tib
Sufficit iſta tibi nā quo productior eſſet
Sordidor fieret proximiorq̄ʒ luto
Hac niſi contentꝰ fueris dū forte requiris
Prolongare nimis abbreuiabis eam
Qđ natura dedit nō ſit tibi vile ſed illud
Inter diuicias āplius eſſe puta
Crede michi. vetꝰ eſt tibi cauda ſalubrior iſta
Natibꝰ īnata ꝗ̄ foret illa noua
Nec placʒ iſta tñ ſed habere cupis meliorē
Artibꝰ et curis inſita peior erit
Sed neq̄ʒ de facili poſſet noua cauda creari
Quāuis depoſita cauda vetuſta foret
Vita breuis morbꝰ grauis ē et tēpus acutū
Ars ē longa nimis abdita cauſa latet
Cotidie fallunt ars et praxis medicine
Si tres euadūt ſeptē dant colla ruine
Difficiles cure nimiū ſed et experimenta
Ipſa ſuos medicos fallere ſepe ſolent
Certa picula manēt medicoꝝ dogmata nō ſūt
Qualia tu credis qualia quiſq̄ʒ putat
Sʒ neq̄ʒ ſic paſſim preſtat medicina ſalutē
Quāuis diſtribuat arte peritꝰ eam

Pendet in ābiguo morbi medicina dolorem
Impedit atqꝫ parit conditione pari
Que proſunt alijs alijs nocuiſſe probant̄
Non eſt in medico quā cupit eger opis
Velle poteſt medicꝰ ſed non conferre ſalutem
Gracia diua facit ipſe min ſter adeſt
Sepe quidā medici fallunt fallunt̄ et ipſi
Et vice conuerſa que nocuere iuuant
Eſto ꝙ ars mādat faciat nec ab inde recedat
Non tñ euenient que cupit ipſe ſibi
Solus enī deus eſt morbis medicina ſalutis
Nos tm̄ velle poſſumus ipſe poteſt
Nos nichil abſqꝫ ſuo. vel eo nos ꝑueniente:
Poſſumus. ipſe ſibi ſufficit abſqꝫ meo
Nos herbis varijs pigmētis et ſpeciebus:
Vtimur. hic verbo ſingula ſana facit
Dicimur a populo medici ſed noīe ſolo
Sed deus eſt medicus noīe reqꝫ ſimul
Quā dedit ille tibi caudā retinere memento
Stulte nec vlterius vlteriora petas
Ne ꝑdas qđ habes qđ habes tenuiſſe labora
Ne veniāt ſubito deteriora tibi
Quā tibi plātauit caudā q̄ contulit aures
Si michi credideris hanc retinere ſtude
Inqꝫ ſtatu quo te medicus tuꝰ ille reliquit
Sta donec veniat mutet et ipſe ſtatum
Tucius eſt certe modico gaudere ſalubri
Qm̄ magnis triſti conditione frui
Voluere multa ſolet animi meditatio ſtulta
Que magis īpediunt ꝙ̄ ſua vota iuuant

Auribꝰ ex ꝓprijs poteris cognoſcere quis ſis
Qm̄ ſit et abſurdū qđ ſtatuiſſe cupis
Auribꝰ ex geminis tria corpa talia poſſis
Inueſtire ſatis et remaneret adhuc
Nō honor ē ſed onꝰ tales aures habuiſſe
Que pariāt dn̄o nil niſi dāpna ſuo
Auribꝰ ecce tuis ſi par tibi cauda fuiſſet
Qđ ſi iuncta ſimul hec duo mōſtra forent.
Innatū ſolum ſatis eſt ī corpore monſtrum
Ingeminata nimis deteriora forent
Cū pateāt oculis que ſunt manifeſta duobꝰ
Facilius poterit vna latere lues
Ex re nomen hn̄s mō diceris auriculatꝰ
Riſus et eſt populi ludibriūq; fori
Quid tibi ſi cauda fieret q̄ſi pertica longa
Per caput et caudā tunc trahereris item
Si duo monſtra ſimul corpꝰ iungantᵉ ī vnū
A populo digitis nōne notādus eris
Magnū magna decent breuis es nichil vtilta
Qm̄ tibi cauda breuis āpliꝰ āpla daret ¶tis
Tuciꝰ ergo puto caudā retinere vetuſtā
Qm̄ plātare nouā que minꝰ apta foret
Et neq; cauda noua ꝙ et auditu nouitatē
Narrat in auditā creſere poſſet ita
Res facilis dictu ſed difficilis nimis actu
Verba ruūt ſubbito rem mora longa trahit
Eſt leue dixiſſe q̄ ventꝰ et aura miſtrat
Sed feciſſe q̇dem non leue pondus habet
Dicere multoꝝ eſt ſ; vox niſi creſcat in actū
Eſt vento ſimilis ventus et ipſe lenis

Dicē quiſq̃ poteſt ſed dictis iūgere facta
Si bene perpendas nō ita quiſq̃ poteſt
Hec duo ſunt ei⁹ cuius ſunt oīa. per quē:
Oīa. ſub quo ſunt oīa iure pari
Cui⁹ idem poſſe qđ velle nec hoc min⁹ illo
Qui ſolis cunctis contulit eſſe ſuum
Qui facit et reficit creat atq̃ creata gubernat
Non minor aut maior tpe ſiue loco
Hui⁹ in arbitrio pendent mortalia queq̃
Hic et non alius preſtitit eſſe tibi
Quod dedit ipſe tibi qualē te contulit eſſe
Et ſi nolueris improbe talis eris.
Cur non ſuſtineas qđ oportet ſuſtinuiſſe
Eius ad arbitriū quem cohibere nequis
Crede michi nichil eſt fieri qđ poſſe putaſti
Qđ natura negat reddere nemo poteſt

¶ Increpatio galieni. Increpat eū p cōpationē.

N ūquid ei ceru⁹ ſaliens in montib⁹ altis
Supplicat atq̃ petit qualia ſtulte petis
Si te maiores ſi te quoq̃ nobiliores
Talia nulla rogant tu quid inepte rogas
Nil lep⁹ ā vrſus caper ā capra dānula ceru⁹:
Cauſantur caude de breuitate ſue
Nūquid es melior maior vel ſanctior vnus
Et tn̄ hijs breuior ꝙ̄ tibi cauda manet

¶ Conſolatio galieni

Nobile corp⁹ habes nō ſit ē cauda pudori
Nā ſi cauda breuis ē tibi grādē caput
Nō breuis eſt adeo. q̄ non alijs breuiorē:
Eſſe liquet. ſatis ē ergo remiſſa tibi
Qđ min⁹ eſt caude capitis ſupplebis honore
Non decet vt fiant illud et illa pares
In titulo caude francorꝝ rex ludouic⁹
Non tibi precellit pontificesq̄ ſui
Firmit̄ ergo tene qđ habes quia conditionē:
De facili poſſes dāpnificare tuā

¶ Narratio galieni vt reuocet aſinū a ſua ſtulticia per apologum de duab⁹ vaccis

An neſcis vaccis qđ cōtigit ecce duab⁹
Quas puer aſpexi prīs in ede mei
Altera brunetta fuit altera dicta bicornis
Sed nigra brunetta flaua bicornis erat
Contigit has igit̄ hyemali tpe quodam
Nocte retardatas non rediſſe domū
Per vada trāſibant limoſa lutoq̄ repleta
Paſcua cū peterent cotidiana ſibi
Vt q̄ ſolent vacce caudis de more lutoſis
In pratis luteis concubuere thoris
Nocte gelu ſubitū veniens terraq̄ purgens
Contdlit in ſolidū mollia cuncta prius
Diruit in lapidem quitq̄d fuit ante lutoſum
Stagna lac⁹ fontes marmora inſtar erāt
Quas fouet innatas ligat arcius alue⁹ vndas
Nec ſinit elabi flumina more ſuo

Tot pontes quot aque. liber nec vt an̄ negat̄
Tranſitus eſt ꝑ aquas qua via plana placet
Heſerunt terre caude imediante iuuence.
Artius aſtringit terra lutoſa lutum
Undiqꝫ terra rigite caudas retinente rigore
Surgere non poterāt nec remeare domū
Mane reuertente pariter voluere reuerti
Sed prohibet glacies conglutinata ſolo
Plurima. conate ſpem defruſtrāte labore.
Tandem laſſatas continuere manus
Multa tn̄ querule tacitoqꝫ dolore gementes
Attēptare ſtudent et variare vices
Sꝫ nichil eſt qđ agunt ꝓpria virtute reſolui
Non ſinit obiecta vis violenta ſibi
Anxia facta nimis vitulo clamāte bicornis
Anxius inſtabat poſſe referre pedem
Nā noua nata domi ſtabulis incluſa relicta:
Heſterno fuerat ne ſequeret̄ eam
Sed nichil proficiens cū deſperata laboris:
Jam foret· ingemuit altius hec et ait
Una ſalus ſupeſt caudas reſecare lutoſas
Que retinēt miſeras nec remeare ſinunt
Quid mea cauda m̄ vel q̄d michi cōtulit vnq̄
Quis fructus vel q̄ gloria cauda michi
En per eā teneor tamq̄ captiua quid ergo
Non honor ē ſed on⁹ hec mea cauda michi
Attrahit ipſa lutū pendens oneratqꝫ fere itē
Quid tribuat video nil niſi triſte michi
Libera nunc eſſem nulloqꝫ tenente redirem
Ni foret in cauda ſordida cauſa michi.

Tollere materiã ne ꝓpter materiatũ
Hic ego deficiã tucius eſſe puto
Cauſidici dicũt: quia legibꝰ eſt ita cautum
Cauſatum perimit cauſa ꝑempta ſuum
Saniꝰ eſt ꝑtem q̃ꝫ totam perdere caudam
Q̃m caput hoc modicũ q̃ꝫ meliora minꝰ
Malo m̃ caudam pariter cũ carne reuelli
Q̃m ſubito vitã perdere morte meam
Forſitan hic alias ſimili ratione morirer
Quoꝫ mõ teneor nunc retinerer item
Si mea cauda mõ fuerit ſucciſa regreſſus:
Tutior hic aderit q̃ꝫ fuit ante michi
Paruula ſi pereã mecũ mea nata peribit
Quã nõdum quintũ conſtat habere diem
Et ſi non pro me faciã michi talia ſaltem:
Propter eã fieri cogit oportet ita
Corpis hec nr̃i pars ẽ quã dente. procaci
Conſueuere canes dilacerare prius
Dimidiũꝫ fere iam pridem ſurripuere
Heu michi q̃ꝫ reliquũ reſtitit vſq̧ modo
Q̃d ſupereſt canibꝰ placꝫ hoc ĩpendere nate
Hoc q̧ piũ ſatis eſt hocꝫ ſalubre imchi
Ergo q̇d vlteriꝰ q̃ ſum factura morabor
Caſibꝰ in duris accelerare iuuat
Dixit et arreptã caudam pugione reſcidit
Feſtinãſꝫ domũ carpere cepit iter
Ante tñ ſtuduit ferrũ preſtare ſorori
Poſſet vt a ſimili ſoluere vincla ſibi
Sed minꝰ hec preceps prudens magis ſapient̃
Verba tulit cohibens a pugione manũ

¶ Reſponſio brunette

Poſtea rñdens dicit qd inepte laboras
Qd michi pſuades abſit vt illud agam
Rebus in aduerſis op9 eſt medicamīe multo
Non decet in grauib9 precipitare gradum
Rebus in ābiguis quociēs fortuna laborat
Conſilium preceps non decet eſſe nimis
Impet9 vt memi grauis ē. male cūcta miſtrat
Si male cuncta facit ergo nec vlla bene
Nō opus ē grauib9 vbi res grauis ē et acerba
Sed magis auxilio conſilioqꝫ bono
Mitius ī duris ſapiēs catho mādat agendum
Mollia ne pereant aſperitate graui
Res vbi difficilis nō eſt ita precipitandū
Tpe ſanatur qd ratione nequit
Si fortuna modo grauis ē conuerſa repente
Qd graue portamus alleuiabit opus
Tempora labunt. dñiqꝫ cadunt. renouātur:
Serui. vulgus abit. aera lata patet
Que veniunt ſubito ſubito qñqꝫ recedunt
Proſpera cū duris mixta venire ſolent
Fortuitos caſus non eſt vitare volentū
Nemo futurorꝫ preſcius eſſe poteſt
Plus valet interdū non pretimuiſſe futura
Qm̄ certum fieri ſollicitūqꝫ nimis
Nā ſua multociēs docuit vexatio multos
Obfuit et multis proſperitate frui
Caſib9 in letis minor eſt ſollercia multis
Erudit incautos ſollicitudo grauis

Caſibus in letis magis ē metuenda voluptas
Segnius in viciū triſtia corda ruūt
Integra tropa fuit dū ſe ſuſpectꝰ vtrūqꝫ:
Subtraxit durꝰ hoſtis ab hoſte ſuo
Pax data ſubuertit q̄ prelia non potuerūt
Menia plus nocuit rege remiſſa manꝰ
Sola venire ſolent et vix et raro ſecunda:
Turbine vallata ſors īimica venit
Si fortuna dedit dudū michi dulcia quare:
Dedigner ſub ea paucula dura pati
Dura q̄dem patior ſꝫ non durāda per annū
Nondū preterijt tota vel vna dies
Principis aut regis ſi carcere tēta ligarer
Aſperiora luto ferrea vincla forent
Mollius eſſe lutū ferro quis neſciat. ipſos:
reges et ſatrapas ferrea vincla tenent
Si leuiora luti q̄ regia vincula ferri
Eſt leuior certe ſors mea ſorte ſua
Illos forte ſua quinquēnia vincula ſeruāt
Forſitan in triduo carcere ſoluar ego
Flāte leui ſephiro nothus ī ſua regna redibit
Precipientqꝫ ſtatū prata lutoſa ſuum
Tunc diſoluent᷑ mea per ſe vincula gratis
Et remanebit adhuc hec mea cauda michi
Me cito priuaſſe poſſem ſed penituiſſe
Forſitan eternū perpetuūqꝫ foret
Sorte pari poterit nox vna reſoluere vinclā
Sicut et anteriꝰ vna ligauit eā
Nō decet vt quociēs quedā minꝰ apta putant᷑
Qđ quis perpetuo iure releget ea

Si quibꝰ obſtat yemps eſtatis gracia pꝛolic
Ut ſua quē deicit ſoꝛs aliena leuet
Sicqȝ vices variāt parce ſua tꝑa mutant
Poſſet vt alterius alter honoꝛe frui
Dulce relatiuū ſocialia federa iungit
Foꝛcius incedunt federa iuncta michi
Qđ minꝰ alter hȝ ſua quē foꝛtuna grauauit
Suppleat alterius copia grata magis
Nil ita pꝛecipuū vel tam ſublime creatum
Ut non alteriꝰ poſſet egere manu
Tꝑa ſiue vices vario diſcrimine certāt
Nec coeunt nexu federa quoqȝ pari
Sepe bꝛeues frutices ad terrā ſternt plauſtra
Uidimus et celeres detinuiſſe boues
Sepe bꝛeuis magnas ſubūtit machina turres
Impulſuqȝ leui menia ſumma ruunt
Se p̄mit ymbꝛe bꝛeui violencia maxīa venti
Atqȝ ꝓcelloſas mitigat eurus aquas
Nil cōtempnendū reputes qđ tꝑe quouis:
Ferre vel auxiliū vel nocuiſſe poteſt
Uilius interdū qđ carius eſſe putamus:
Conſtat et eſt maius qđ minꝰ eſſe putas
Obſtitit interdū magnis res ꝑua periculis
Terruit et rapidos paruula virga canes
Urbibꝰ in mediꝭs incendia magna repente:
Extingui modica ſepe videmꝰ aqua
Coꝛpoꝛis ergo mei q̄puis ꝑs vltima cauda
Utilius tn̄ hac nil reoꝛ eſſe mei
Que quāuis oneri modo ſit nulloqȝ decoꝛi
Eſtiuo redimit tꝑe dampna ſui

Vnica cauda michi pluſq̄ duo cornua preſtāt
Tp̄e muſcaꝝ plus qꝫ ſalutis habet
Ventilat hec veſpes ſeuos diſp̄git oeſtres
Verberat et muſcas īprobitate graues
Cauda m̄ clipeus gladiꝰ michi cauda ſecuris
Lancea funda lapis claua ſagitta faces
Cauda colit corpus cutis eſt fidiſſiā nutrix
Pulueris abſtergens quitq̊d adheſit eis
Hec lauat hec tergit hec oībus vna miſtrat
Vltima menbroꝝ prima labore ſuo
Si bn̄ penſet᷑ quid honoris et vtilitatis:
Contulerint dn̄e ſingula menbra ſue
Sola ſuo capiti menbris. ſꝫ et oībus vna
Plus valet ē et eis officioſa magis
Oībus vna cauēs fragilis diſcrimina ſexus
Publica ne pateant cauda pudenda tegit
Hec mea cauda michi vario pro tp̄e confert
Que tn̄ eſt certo tp̄e grata magis
Tp̄a nam timeo q̄ ſunt michi iure timenda
Nec timet incaſſum qui mala vota timet
Cūqꝫ quid et paſſa ſim vel paſſura recordor
Hec ego ſum ſp̄ dicere viſa michi
Ecce dies veniūt veris muſceqꝫ reſurgunt
Quas caſtigat adhuc cana pruina gelu
Cū calor eſtatis nimio calore per agros:
Sperſerit oē pecꝰ terrueritqꝫ greges
Muſca grauis peſtis qua nulla nociuior vnq̄
Extitit in mundo vel magis atra lues
Dente graui miſeras totū ſp̄ſura per orbem
Percutiet pecudes nec ſinit ire pedes

Nāqꝫ levi ſaltu tamꝙ̄ per inane volantes
Moꝛſibus et ſtimulis exagitabit eas
Illa dies caudā cunctis docet eſſe ſalubꝛem
Eſt ſuus eſtatē pꝛeuenit augur hyemps
Foꝛte dies aderit in qua ni falloꝛ egebit:
Uacca ſua cauda quā modo ſpꝛeuit ita
Illa dies caude faciet meminiſſe iuuencas
Et ſteriles vaccas emeritaſqꝫ boues
Illa dies caude faciet meminiſſe bicoꝛnis
Qua malles cauda non habuiſſe caput
Illa dies caudas mundo faciet pꝛecioſas
Que plus ſunt viles ꝙ̄ vetus olla modo
Illa dies dura multūqꝫ timenda per oꝛbem
Tamꝙ̄ iudicij plene timoꝛis erit
Illa dies caudas nr̄as numerabit et illa:
Diſcernit pariter que bona q̄ ve mala
Illa dies caudas nr̄as diſcernet vtraſqꝫ
Que bene mundata que ve lutoſa nimis
Hec eſt illa dies in q̄ ſi foꝛte iuuenca
Poſſet habere duas mallet habere decem
Hec eſt illa dies veniet qua durus oeſter:
Toꝛtoꝛ vaccarū maximus qꝫ boum
Hec eſt illa dies q̄ muſcas dente caninas
Moꝛſib⁹ et ſtimulis mittit in oē pecus
Hec eſt illa dies quā ꝑtimuiſſe futuram
Expedit armento ne paciatur in hac
O michi ꝙ̄ felix miſera que poſſet ab illa:
Euaſiſſe die quam timet oē pecus
Hanc eciā plus moꝛte mea foꝛmido futurā
Qua niſi tunc munda non ero tuta ſatis

Nāqꝫ graues muſce nimiū feruorqꝫ diei:
Multꝰ erit nec ibi quis latuiſſe poteſt
Nec pecori tm̄ feruor muſceqꝫ nocebūt
Sed dn̄is pecoꝝ paſtoribꝰ qꝫ gregū
Hec eſt illa dies qua nō aliena inuabit:
Cauda nec alterius quid nocuiſſe poteſt
Sed ne paſtor ibi pecoris thaurꝰ ve iuuēce
Par ve pari poterit ferre ſalutis opem
Hec eſt illa dies de qua niſi vera fatemur
Pendet ab illiꝰ nr̄a ſalute ſalus
Ergo licet teneor cauda grauiterqꝫ coarter
Non tn̄ affrāgar ipſa dolore meo
Malo per has ſeptē vel quīqꝫ dies cruciari
Forſitan interea triſtis abibit yemps
Qm̄ ꝑlonga nimis me feruida teneat eſtas
Dilaceretꝫ meā muſca canina cutem
Talia dū memorat modico recreata ſopore
Flante breui ſephiro tp̄a verſa vidit
Sol calet et ſuperas clarus durexꝰ in auras
Diffuſis radijs tēperat oē gelu
Soluit̄ vnda fluēs humꝰ exhilarata tepeſcit
Aufugit et ſubito cana pruina ſolo
Et ſtatꝰ et facies ſiluis reddunt̄ et aruis
Cuncta relaxant̄ carcere clauſa prius
Nec mora conſurgēs caudā brunetta retraxit
Accelerās qꝫ domū carpere cepit iter
Quā procul vt vidit ſanā remeare bicornis
Ingemuit tonſo pectore triſtis ait

## De lamentatione bicornis

Heu m̄ quid feci quis me furor egit iīq̄s
Qm̄ nimis accelerās in mea dāpna fui
O q̄ꝫ per duros habet īpaciencia fines
Qm̄ ꝫ ſolet p̄ceps exitꝰ eſſe grauis
Ve m̄ ve miſere ve numq̄ꝫ non miſerāde
Ve cui nil niſi ve tēpus in oē manet
Ve michi nūc qꝺ ego cūctis aīantibus vna
Sum data ludibrio tēpus in oē meū
Cur michi cū cauda nō eſt mea vita reſciſa
Vt caput et cauda continuata forent
Cur nō terra prius cur nō abſorbuit vnda:
Flumīs. aut miſſis ignibꝰ vſta fui
Queqꝫ nimis p̄ceps cur non mea fata ſecuta:
Montibꝰ e ſummis precipitata rui
Heu michi cur laq̄i circū mea gutturi miſſi
Vitā cū vicio non rapuere meo
Cur non mors ſubita vitā vel ſonticꝰ illa:
Moribꝰ ademiſſet q̊ vagus eſſet ſolet
Quid q̄ror vna michi ſupeſt medicina doloris
Mors cita que ſola ſoluē cūcta ſolet
Nec mora quin ſoluat iā formidabilis eſtas:
Imminet exit yemps vere vigente nouo
Viuet in exemplū populis moritura bicornis
Inſtruet et ſtultos ſimplicitate ſua
Diſcāt p̄cipites et quos mora nulla retardat
Ne nimis accelerent in ſua dāpna manus
Nō reputet modicū modico cōtenta voluptas
Res de poſt factū qꝺ fuit ante docet
Nec modicū quitq̄ꝫ reputet ſi tp̄e quouis
Fortuito caſu perdere poſſet idem

Cauda nocet capiti ꝯprio. ꝓhibetq; timeri:
Cornua dū metuunt poſteriora ſequi
Quid queror īcaſſum mando tñ iſta modernis
Qui poſt me veniēt hec duo verba legāt
Dū ſupereſt nichil ē nichilo minꝰ qđ habemꝰ
Cedat et ē magnū qđ fuit ante nichil
Nil mea cauda fuit m̄ cū coniuncta maneret:
Maxima ſed poſtq̄ deſijt eſſe fuit
Perdere cū timeas magnū reputare memēto
Quitq̊d habes modicū ſit licet illud idem
Deſiderat tādem mentis ſtimulata bicornis:
Anxietate graui talia verba loqui
Venerat interea tēpus quo fertilis eſtas
Prara ſolet primo pingere flore nouo
Induerat iā fronde nemꝰ iā gramine terrā
Texerat in textis floribꝰ arte pari
Exierāt volucres hyemis de carcere fracto
Soluere finitimis digna tributa locis
Verba negata ſibi redimēs philomena ſonora
Vocibꝰ inſiſtit perſonat oē nemus
Quos natura vocat cū turture venit hirūdo
Aduentꝰ q; ſui tp̄a certa tenent
Nuncius aurore merulā comitat᷑ alauda
Nec ſua permutāt tp̄a lege noua
Sp̄ idem repetens veteri noua tp̄a voce
Oſtendit cuculꝰ nil nouitatis habens
Concentu parili vocū diſcordia diſcors:
Intonat et ſiluis organa mille ſonant
Certat odor florū cantꝰ ſuꝑare volucrū
Organa vox ſuperat balſama vincit odor

Dulce ſonāt ſilue redolent thimiata campi
Floꝛibꝰ et fructu gignit ānona ſolū
Eſtuat eſtiuo tellus feruoꝛe coacta
Soluit̃ in cineres qđ fuit ante lutum
Terra ꝑit pulices pariuntqꝫ cadauera vermes
Aera conturbat ĩpꝛoba muſca volans
Ardoꝛ agit pecudes parit̃qꝫ cōturbat oeſter
Aduolat et muſca ſoꝛdida dente pꝛocax
Per iuga ꝑ colles ꝑ deuia queqꝫ locoꝝ
Diruptis ſtabilis ſoluitur oē pecꝰ
Inſidet armento ſtimulo ꝓdurus oeſter
Aſſunt et veſpes ĩmoderata lues
Saltibꝰ et ſiluis currūt ſine lege vagantes
Cū grege paſtoꝛes pꝛecipitādo gradū
Vꝛitur oē pecꝰ ſudāt aĩalia paſſim
Sꝑgitur armentū diffugiuntqꝫ greges
Bꝛunettā ſequit̃ parit̃ fugiendo bicoꝛnis
Queqꝫ tuta minꝰ foꝛtius vꝛget iter
Cui ſui cauda manet muſcis bꝛunetta reſiſtit
Foꝛtiter ĩpendens pꝛo vice ſepe vicem
Ventilat hic veſpes alias dipergit oeſtres
Diſſipat et muſcas ſeqꝫ tuet̃ ab hĳs
Hec abit illa volat fugit hic comitant̃ et illi
Hic ſtimulāt moꝛdent viget et illa pedes
Aggredit̃ tandem miſerā nudāqꝫ bicoꝛnem
Turbine multiplici turba ꝓterua nimis
Quid facerit miſera quo ſe lugubꝛis et oĩs
Verteret in tantis nuda relicta malis
Qđ potuit fecit licuit dum currere curſu
Certauit crebꝛo pꝛecipitiqꝫ pede

Preuenit ala pedem vincitqꝫ volās gradientē
Plus pede currētis pēna volantis habet
Arma gerunt pacē qui pugnaturꝰ īermis
Aduenit ex facili ſuccubuiſſe poteſt
Cōueniūt muſce veſpes glomerāt in vnum
Toruus oeſter adeſt cuſpide dente nocens
Precipito curſu terras dilapſa per oēs
Donec deficeret īſtitit ipſa pedes
Nec minꝰ egit eā caude pudor ille retrorſum
Qm̄ ſtimuli quibꝰ eſt obſita tota ſimul
Ergo reſupina tādem ſub colle iugoſo
Corruit in terrā precipitata tn̄
Cūqꝫ foret morti iā iam vicina reſumptis:
Viribꝰ ad modicū extulit illa caput
Aſpiciens qꝫ ꝓpe comites de morte gementes
Brunettā qꝫ ſuā talia dixit eis

¶ De planctu bicornis

Quā grauis iſta dies ꝙ ſit metuēda mo
Caſibꝰ et vris carpe quiſqꝫ p̄t ¶ dermis
Nec m̄ mors grauis eſt qm̄ ſi vita ſuperſtes
Eſſet adhuc grauior hec michi morte foret
Dulce mori miſeris mors ē michi mite leuamē
Morte nichil miſeris mitius eſſe poteſt
Non ē mors oneri ſed plus conducit honori
Cū mors eſt talis ꝙ venit ipſa malis
Mors ī vita dabit requiē quā vita negauit
Nil michi morte perit ſed releuamē erit
Exemplū multis vixi morior qꝫ futurꝫ

Oībus exemplū non habitura modū
Diſcite q̃ꝓ ꝓpe ſit et q̃ꝓ vicina ruine
Gloria mundana q̄ ratione caret
Impet⁹ euertit quitq̃d fortuna miniſtrat:
Proſpera. nil ſtabile cui dedit illa ſtatū
Diſcite q̃ꝓ nichil ē quitq̃d peritura voluptas:
Poſſidet. et falſe predicat eſſe ſuum
Nil ꝓprium natura dedit cōia queꝫ:
Inſtituit fieri quo meliora forent
Diſcite que nr̄e fuerint diſcrimina caude
Qd ꝗ necis cauſam cōtulit illa michi
Plura loq̄ voluit ſed lingua deficiente
Dix tm̄ potuit dicere bruna vale
Paſtores igit̃ ne fama periret in euū
Signarūt tali gramata buſta loqui
Que dū ſtulta fuit doctos docuiſſe probat̃
Hec poſtq̃ꝓ ſopit̃ vermib⁹ eſca dat̃
Hec modo brunelle tibi q̄ nos vidim⁹ ipſi:
Diximꝰ exēplis vt docearis ab hȷs
Sufficiat ꝙ habes qm̄ ſi vera fatemur
Stulta petis ſaluo ſꝑ honore tuo
Nec tn̄ id fieri quouis medicamine poſſe:
Crederis. nichil ē tucius ire domū
Si quot hn̄t medici ſpacioſa climata mundi
Hec tibi iuraſſent nil niſi verba forent
Non tn̄ id dico quin poſſet creſcere multū:
Hec tua cauda tibi ſed dari nulla noua
Fracta vel eliſa medicoꝝ cura reformat
Fundit⁹ abſciſa ſic remanere ſolent
Mortua cū viuis nulla ratione coherent

Ceſa vel abſciſa cura iuuare poteſt
Vn̄ ſatis longa poterit tua creſcere cauda
Dūmodo cū reliqua federa carne tenet
En tn̄ in curis et ſumptibꝰ enumerādis
Vt decet et debet copia longa ſubeſt
Ardua pregnantē poſcunt medicamina burſā
Res et opes magnas vulnera magna volunt
Nōne tibi ſatis ē vnā ſi creuerit vlnam
Largioꝛ ex tanto ꝙ̄ fuit ante tibi
Talibꝰ auditis modicū ſubꝛiſit azellus
Sic tn̄ audirent ꝙ tota foꝛa ſonū
Cui galienꝰ ait feſtinās ꝑge ſalernū
Inde relaturꝰ cura qͦd iſta petit
Perge rediqꝫ celer noli tardare pedeſter
Quatuoꝛ hĳs quintū ſi potes adde pedem
Sumptibꝰ ergo tibi niſi tu defeceris ipſe
Nō tibi deficient cura laboꝛ qꝫ meus
Sumptibꝰ inſiſtas nos artibꝰ experiemur
Si valeant nr̄e qͦd valuere manꝰ
Accelerās igit̄ vſus duplomate longum:
Abbꝛeuiabis iter. nā via longa nimis
Pluribꝰ es notus necnō dilectꝰ. amicis
Qui tibi ſubueniunt pluraqꝫ dona dabunt
Foꝛſitan ex facili poterunt ſpecies reperiri
Nec tn̄ ex facili credimꝰ illa legi
Vaſa ſed et tecū poꝛtabis ydonea multa
In quibꝰ et referes hic habitura locū
Cura laboꝛ qꝫ ſimul ſolet exactiſſimꝰ eſſe
Ne male depereāt cuncta locate bene
Cuncta locata bn̄ vaſiſqꝫ recondita dignis

Tractari poterunt citius atqꝫ geri
Mentis ebes quãuis non ſis in pelle notabis
Scribere nã noſti q̄ ſit ſpecie opus

¶ Receptũ qđ dedit galienus brunello ad caudam prolongandam

Hec ſunt q̄ referes varijs ſignata ſigillis
Nec pereãt obicit cura laborqꝫ tuus
Marmoris aruinã furni ſeptẽplicis vmbrã
Qđ peperit mullo mula ſubacta ſuo
Anceris et milui modicũ de lacte recenti
De luteris curſu deqꝫ timore lupi
De canis et leporis ſeptẽni fetere dragmã
Oſcula q̄ niſo miſit alauda ſuo
Pauonis ꝓpriam libram de voce ſonora
Ante tñ cauda ꝙ ſit adapta ſibi
De nõ contexta iubam ſine ſtamie mappa
Nã riſus azini tu dabis ipſe tibi
Allecis vel apũ croero de ſpmate libram
De gyroli iecore ſanguine ſine pede
Natalis dñi modicũ de nocte ſalubri
Que nimis eſt longa iure valebit ad hoc
In reditu de monte iouis de vertice ſummo
Accipias libras q̄tuor aſſe minus
Alpibus in medijs ſci de nocte iohãnis
De niue que cecidit tu ſimul' inde feras
Serpentieqꝫ rubre necnõ de cauda colubri
Vtilis eſt valde nec tñ illud eme
Hec bene collecta pariterqꝫ recencia queqꝫ

Jmpones humeris ſarcinulis ꝗ tuis

¶ Reſponſio brunelli

Talia dicenti ſupplex reſpondit azellꝰ
Poplice deflexo vertice pronꝰ humi
Cuncta libens faciā celer ibo ꝗ reuertar
Nā mea res agit̄ non aliena michi
Non ero tardꝰ ad hoc q̄uis piger eſſe ſolebā
Si dederit dn̄s proſpera cuncta michi

¶ Petit brunellꝰ a galieno bn̄dictionē

En ego ꝓgredior bn̄dic m̄ ꝓgredienti
Vt michi ſit tuta proſpera vita via
Mox ꝑdroma ſuū vertens galienꝰ et orās
Subridens pax ſic benedixit ei

¶ Benedictio irriſiua galieni data brunello

Oīpotēs omina t̄ mille det et tua cauda:
Obtineat pro ſe milia dena ſibi
Sit tibi potꝰ aqua ſit magnꝰ carduus eſca
Marmora ſtramenta tegmina ros et aqua
Grādo niues pluuie tecū comitent̄ vbiq̄
Protegat et noctu caua pruina gelu
Sepius exoſus veniat poſt terga moloſus
Oſcula danda tn̄ dixit azellus amen
Ingeminātis amen vox ē audita per orbem
Murmureūq̄ ſonū ꝑcipit omne forū

¶ Qualiť brunellꝰ ꝓfcūs ē ūſus ſalernū ꝓ ſpēꝰ

Feſtinans igiť veniēs in limine porte
Heſit et eliſo corruit ipſe pede
Signa reuertendi ſunt hec dixere ꝓpinqui
Riſerunt alij dixit et ipſe ſibi
Debile principiū melior fortuna ſequeť
Reſtat iter longū non remanebit ita
Dura ſatis didici poſtq̄ ſum fuſus ab alijs
Vn̄ ſatis poſſum plurima dura pati
Non eſt delicijs aſſueta vel ebrietate
Hec mea perſona q̄ mala ferre ſolet
Carduꝰ et lappa conſtant m̄ carior eſca
Sufficit ad potū nr̄a pluuialis aqua
In ſalſamentis nō eſt meditatio mentis
In tenui victu corpora nr̄a vigent
Sum tardus et piger ſed certe tardior eſſem
Si mea nonnūq̄ lauta dieta foret
Sed neqꝫ qui debet ſumptꝰ ĩpendere multos:
Expedit vt crebro vina falerna bibat
Quid michi de vino quo decipiūt ſapientes
Multa qꝫ cōtingunt quo mediante mala
Hoc humeris nō ventre ſuo geſtare parētes:
Conſueuere mei ſit procul ergo merū
Ergo geſtabo ſed non guſtabo lyeū
Arripiat ne me cotidiana febris
Contra naturā vinū ſi forte bibiſſem
Mox michi quartanā gigneret aut ſcapiē
Quatuor ex cauſis teneor vitare lyeum
Sumptibꝰ vt ꝯprijs ꝑcam. ne febre laborem

Et ne deſipiā. degenereq́ꝫ ſimul
Qui vitare malū poterit nec vult manifeſtū
Plangend⁹ minus eſt ſi male cedat ei

## Qualiter brunell⁹ venit ſalernū orans

POſtq̄ꝫ biſſenas confecerit ergo dietas
Ad q̄ tendebat menia ſumma videt
Mox genu flexo ſurſum ſua brachia tendens
Vota deo ſupplex ſoluit et orat ita
Oīpotens de⁹ meritis ſcī iuliani:
Det nobis veniā. hoſpiciū qꝫ bonū
Sit ꝑcul oē malū pōtes porte qꝫ gemelle
Partib⁹ in nrīs q̄ ſatis eſſe ſolent
Ruſtic⁹ aut ſaccus non īueniat in vrbe
Abſqꝫ molendino ſit locus iſte precor
Sint ebetes ſtimuli ſurdi mutiqꝫ moloſi
Sitꝫ procul catuli vox īimica michi
Hoſpes ruricola m̄ ſit cui ſꝑ habundat
Cardu⁹ hirſutus et pluuialis aqua
Sint ſpēs viles ſit et emptor rarus in vrbe
Quilibet exiſtat venditor eris egens
Sint merces multe ſit multū cara moneta
Sit tēpus pluuidū ſitꝫ lutoſa via
Proſpera ſint cūcta ſint cūcta ſalubria nobis
Vt nrm̄ citius expediat iter
Talia cōmemorās poſtq̄ꝫ ꝑuenit in vrbem
Se dedit hoſpitio membraqꝫ feſſa thoro
Surgens mane fox ſpēs emptur⁹ adiuit
Quas nō inueniēs triſtis abire parat

Quatuor ergo dies circuluſtrauit in vrbe
Nec tñ īuenit que cupiebat ibi

¶ Qualit' brunellus decept9 eſt a mercatore

Talia querentē mercator londonienſis
Videns et aduertēs quis fuit. inq̄t ei:
Nunci9 es magn9 quiſq̄s te miſerit iſtuc
Maxima nāq; petis et precioſa nimis
Et ſapiens et diues erat quicūq; miniſtrū:
Huc ita te miſit res manifeſta docet
Nā facies vult9q; tu9 ſatis indicat vn̄:
Veneris. aut quis ſis nec latuiſſe poteſt
Magn9 es et quāuis peregrini tec9 amictu
In ꝓpria p̄ria non peregrinus eris
O q̄ſ ſollicita pro te dom9 eſt tua tota
Pro q; tuo reditu vota preces q; facit

¶ Reſponſio mercatoris brunello data

Anglia me genuit londonis ciuibus ort9
Preſulis hic veni nūcius ipſe mei
Cui quia plus equo naſum natura retraxit
Inſtitit arte malū poſſe leuare ſuū
Quatuor ergo viros partes trāſmiſit ad iſtas:
Preſul. ob hāc cauſam conditione grauē
Ann9 et ann9 abit ex quo ꝑuenim9 iſtuc
Tresq; vie comites mors tulit vna meos
Hic teneo ſpecies quas ſi fortuna dediſſet
Poſſe referre domū maxima cura foret

Quitq̄d in hac vrbe veniſti querere totū:
Signatū teneo depoſitū domi
Sumptibꝯ aſſumptis alieni debitor eris
Artor et in patriā non licet ire meā
Vror amore tn̄ patrie tatoq; reuerti:
Anxius expopto quo magis ire vetor
Lrā certa michi pr̄is de funere venit
Fama ſed et dn̄m fingit obiſſe meū
Vitrea vaſa decē michi ſunt et cūcta repleta:
Hijs alijs q; ſimul que tua carta notat
Si preciū dederis quo res michi conſtitit ipſa
Cras potes in priam diues abire tuam
Vlteriꝯ preciū peregrinꝯ de peregino:
Abſit vt accipiā rem tibi dando meam
Hoc tn̄ excepto quia te puto religioſum
Vt liceat precibꝯ participare tuis

¶ Hic fit cōtractꝯ int̄ brunellū et mercatorē

Illico brunellꝯ preciū numerabat. et illa
Nugis vaſa decē plena recepit ibi
Queq; magis fieret ſtabilis contractus vtrūq;
Nomen venditoris poſcit et ille refert
Londonis natꝯ gyla de mr̄e parentis:
Nomine truſator nūcupor ipſe mei.
Gula michi ſoror eſt multis notiſſima regnis
Eſt et truſa michi federa iuncta thoro
Nec minꝯ ipſe tuū nomē michi dicē dignū:
Duxeris vt memori mente tenere q̄am

¶ Inanis iactãcia brunelli de ſua nobilitate

Nomẽ brunellus michi ſtat rñdit azellus
Notus vbiqꝫ ſatis noĩe reqꝫ ſimul
Principib⁹ regni necnõ et regibus ipſis:
Seruio. ſeruili cõditione carens
Et pater et ꝓauus regũ de more miſtri
Sꝑ erãt et erunt. tẽpus in oẽ meum:
Regis in obſequiũ ſucceſſi iure paterno
Indiget officio curia tota meo
Obuius ipſe m̃ ſi rex qñqꝫ ferat̃
Cedit et incedo rege ferente locum
Eſt tñ vna michi multũ contraria peſtis
Ruſtic⁹ ĩmitis exiciale malum
Sꝑ eĩ ſtimulos gerit aut nodoſa flagella
Aut gradiat̃ canib⁹ cinct⁹ vtrumqꝫ latus
Huic pater exoſus me⁹ extitit atqꝫ parẽtes
Deqꝫ meo genere quitqd in orbe fuit
Pricipis et ꝓceꝝ mores ſatis approbo quoꝝ:
Riſus verba iocus dulcis amica decent
Rex michi dicit aue ꝑ eũ dum trãſeo. ve ve:
Fructifer ĩgeminat ruſticus orbis on⁹ .
Impetat hũc ſcabies hũc cotidiana ꝑurant:
Vlcera. que ſcateant vermib⁹ atqꝫ lue
Ordine trāſpoſito variant̄ ſecula queqꝫ
Alter et eſt hodie q̄ fuit orbis heri
Contra naturā rerū natura miſtrat
Deſerit et curſum nox qꝫ diesꝫ ſuum
Hinc hoīes morbi perimūt aīalia peſtes
Hinc qꝫ languore premoriunt̄ aues
In prōpta cauſa qm̄ peccauimꝰ oēs
Ne ſupereſt q̄ ſe iudicet eſſe reū
Oēs ſunt iuſti nullꝰ peccauit inique
Nil ego cōmiſi tu nichil ille nichil
Non ego guſtaui cūcti dixere miſtri
Et tn̄ abſorbtū conſtitit eſſe canem
Eſto qꝫ apponat aliq̄s ſua crimīa flere
Et de cōmiſſis penituiſſe velit
Pectore contrito ſtatuat ſua facta fateri
Crimīa cū lacrimis cūqꝫ dolore graui
Cui ſua ſecure poterit ſecreta fateri
Oībus ex nobis. neſcio crede michi
Mille michi frēs numeres totidemqꝫ ſorores

Mille ſed et mr̄es ſint michi totq̨ʒ patres
Oībus ex illis ſecreti cōſcius vnꝰ
Vnicꝰ atʒ meus conſiliatoꝛ erit
Dixero ſi coꝛuo coꝛuꝰ mea crimīa dicet
Coꝛnici coꝛnix ꝑ foꝛa cūcta canet
Si me ꝓdidero gallo. gallina qđ abſit:
Pꝛodigiū pullis me dabit eſſe ſuis
Moꝛs m̄ ſi taceo moꝛs eſt ſi dixero quitq̄
Me duo dura pꝛemūt hinc timoꝛ inde pudoꝛ
Lingua ſacerdotū qm̄ ſecreta reuelat
Factus ſecreti cōſcius ipſe tui
Qui cadit in gladio ſemel ē plangendꝰ. et ille.
Tꝑe perpetuo quē ſua lingua necat
Vos igit̄ qui vel facitis fieriq̨ʒ videtis
Pluꝛima q̄ non enumerāda modo
Quid cui dicatis ne poſtea peniteatis
Quiq̨ʒ per exemplū diſcite q̄ſo meū
Qui ſciat atʒ velit crebꝛo releuare cadentem
Et magis afflictos exhilarare magis
Qui mox quaſſatū calamū nō cōterat. ꝓmmo:
Alliget et ſanet ſuſtineatʒ diu
Qui grauiter lapſis ignoſcēs cōpaciat̄
Sepe refoꝛmidet talia poſſe pati
Qui ſꝑ fragilis q̄ꝫ ſit caro pꝛemeditet̄
Et leuis ad lapſum cōditione graui
Qui grauiter leſus non exardeſſet in irā
Nec mox vindictā poſcat ab hoſte ſuo
Sed pius et paciēs oēm pꝛius ipſe remittit:
Criminis offenſam. quā roget alter eum
Qui ſibi ſufficiēs nec opū cupidꝰ nec hōꝛis

Reſpuat oblata ꝓprietate carēs
Quē nec amor mūdi vexet nec cauſa parentū
Vel data ſupplātent munera dulce malū
Qui nec amet vel agat qđ q̄s iuſte rephēdit
Cui ſit idem ſecū viuere qđ ſine ſe
Si fuerit talis tantꝰq; reptus in orbe
Confeſſor fateor cūcta fatebor ei
Exemplū vobis ego ſum cui garrula quōdam
Lingua fuit dāpno teſte colore meo
Dū tacui dilcūs erā ſed prodiga lingua:
Reddidit exoſum. ve tibi lingua loquax
O ꝙ̄ diues erā multiſq; beatus amicis
Donec ſubripuit me mea lingua michi
Felix ſi ſtatua martis taciturnior eſſem
Mānſiſſetq; m̄ qui fuit ante color
Qđ ſemel amiſi longū dāpnatꝰ in euū
Lugeo perpetuo tp̄e triſtis ego
Grā fama decor michi ſūt ſublata loquēti
Surripuit totū lingua diſerta minꝰ
Lingua loquax nocuit fateor. q̄a ſi tacuiſſem
Cūcta remanſiſſent inſita dona prius
Inter aues oēs formoſior vnꝰ habebar
Et magis acceptus oībus vnꝰ erā
Vox mea clara priꝰ miſero vix rauca remāſit
Crimīs admiſſi teſtis et ipſa mei
Perpetuaq; foret mea gloria ſi tacuiſſem
Sed quia non tacui tota repente ruit
Vñ mei memores linguā cohibete loquacem
Ne iugulent dn̄m prodiga facta ſuū
Pauca loquar ſalua dn̄oꝝ pace meorū

Vera tñ. veris ſi licet eſſe locum
Non ē mirādū quāuis aduerſa frequenter
Nobis contingūt et mala plura premūt
Nos ſumꝰ in cauſa ſi cauſam querimꝰ. ipſi:
Cur tot in aduerſis deficiamꝰ ita
Nos ſata deſtruimꝰ nos ſemīa diripiētes:
Tollimꝰ· et plenos depopulamur agros
Ne faciāt fructū. flores mox arbore natos
Vnguibꝰ et roſtris dilaceramus eos
Cedibꝰ aſſiduis inſiſtimꝰ atꝫ rapinis
Ad bona difficiles luxurioſa cohors
Eſtimat excuſſam tute ſe depoſuiſſe:
Ruſticus ānonam. poſte tenēte ſerā
Sed gallus veniēs tota comitante ſequela
Qnātum cūqꝫ placet tollit et inde fugit
Nec ſatis ē ſumpſiſſe ſatis. totā niſi maſſam:
Diſꝑgat pedibꝰ per loca cūcta domus
Niſus et accipiter poſtq̄ fuerit bñ paſtus
Auolat et dñm ſpernit adire ſuū
Nec pueri lacrimas ſeſe reuocātis et illi:
Brachia tendentis reſpuit atꝫ fugit
Qua tociēs paſtꝰ tociēs portatus amicā:
Spernit vt hoſtilem captꝰ ab hoſte manū
Certa licet quāuis obiecta pericula mortis
Immineāt pueris nō miſerent᷑ eis
Cūqꝫ ſequunt᷑ eos ꝑ deuia queqꝫ locoꝝ
Sepe quidem ſiluis ſepe necant᷑ aquis
Sic bñ pro meritis nr̄os veneramur amicos
Reddimꝰ atꝫ bona pro vice ſepe mala
Phytacꝰ in thalamū dño redeunte puella:

Prodit. et illaꝝ verba tacenda refert
Que fuerāt ſecū tacide timideq₃ locute
Antris et tutis et ſine teſte locis
Neſci⁹ ille quidem ſed neſcius ymmo tacere
Profert plus equo phytacus oris hn̄s
Hinc auib⁹ crebro miſcent acompta puelle
Diſcunt ante mori ꝙ̄ didicere loqui
Sunt et aues alie q̄ toto tp̄e vite
Religioſoꝝ clauſtra beata colunt
Que q̄t eis faciūt diſcrimīa ſepe ꝑ annū
Non ego ſufficio dinumerare modo
Hinc ē ꝙ populus odio nos odit iniquo
Reddit et exactā pro vice ſepe vicem
Hinc ē cotidie ꝙ nobis inſidianť
Tollit et emedio nos īmica manus
Hīc laq̄os ponūt nobis hinc rethia tendūt
Hinc lapis inde parit miſſa ſagitta necem
Hinc īuiſcatis pedib⁹ retinenť et alis
Fallimur et dulci ſepe tonāte tono
Iſta nec īmerito patimur luim⁹q₃ coacti:
Plurima. q̄ gratis facta fuiſſe liquet

¶ Narratio galli

Talia dicēti gallus reſpondit. amice:
Pone modū verbis. ſūt ſatis iſta. tace.
Sūt diſcreta min⁹ tua verba min⁹q₃ diſerta
Nec ſapit in nr̄o pectore ſermo tuus
In ſermone tuo nimis es diffuſus. habūdans:
Verbis non ſenſu. qđ ſolet eſſe ſenū
Olim lingua tibi dāpnoſa fuiſſe refertur

Sed nec adhuc quitꝗ̃ profuit illa tibi
Plurima vidiſti velut is qui tp̄e longo:
Vixit. et inſpexit ſecula multa retro
Vn̄ nec ē mirū ſi iam delira ſenectus:
Errat. et exiſtat mens ratione carens
In ſene decreſcunt ſp̄ creſcentibꝰ ānis:
Hinc mētis rō corporis inde vigor
In ſene deliro ſenſus paciunt̄ eclipſim
Quē cōſtat caſu non ratione regi
Turbato crebro turbant̄ et oīa menbra
Deficiūtq; ſibi lumīa lingua manꝰ
Hinc ē ꝙ ſceleris nos arguis et reprehēdis
Tamꝗ̃ ſis ſolus iuſtus et abſq; nota
Iuſtus es et certe toto ſpectabilis orbe
Nōq; ſatis ſine me predicat archa noe
Nōne reuerſuꝝ noe te dimiſit ab archa
Qui te detinuit cauſa. cadauer erat
Te gula te venter te vicit īepta voluptas
Proderis vt dn̄m ꝑfidus ipſe tuū
Si vitā mores actusq; tuos bene penſas
In toto mūdo par tibi nullus erit
A teneris ānis didiciſti ꝑfidus eſſe
Non potes illud adhuc deſeruiſſe ſenex
Vētris ob ingluuiē vilemq; cadaueris eſcam
A puero cōſtat te violaſſe fidem
Nā bene pro meritis dn̄m male d̄ſeruiſti
Tp̄e qđ fuerat deſeruiſſe nephas
Contraherēt de te maculā ne cetera queq;
Perfidus exiſti non reditur<sup></sup>ꝰ item
O ꝗ̃ diſſimilis tibi ſum quantūq; repugnāt:

Moribꝰ et factis oīa nrā tuis
Nactꝰ ei dn̄m quemcūqꝫ fidelis eidem:
Tpe perpetuo ſeruio. ſeruo fidem
Peruenīūt eciā ꝑ me nōnulla ꝑ annū:
Cōmoda pauperibꝰ diuitibusqꝫ ſimul
Per me pluma dat̃ q̄ feſſa labore diurno
Ut vires reparēt mollit̃ oſſa cubant
Per me precipue medicoꝝ cura iuuat̃
Et dat̃ infirmis deliciosa caro
Pinguis et eunuchus nrā de ſtirpe creatus
Fortibꝰ et ſanis fortior eſca dat̃
Tpe nocturno vigili vigilantior omni
Horaꝝ noto tpa voce mea
Ipſe pigros pueros nec ſurgē mane volentes:
Excito. nec patior īcaluiſſe thoro
Et ꝑ quā pingues pulli ꝓcreant̃ et oua
De lūbis nr̄is cepit origo prior
Plura ſed et ꝑ me conſtāt collata fuiſſe:
Cōmoda. q̄ non ſunt enumerāda modo
Non tn̄ ingratus vel īofficioſus eiſdem
Quos m̄ ſors dn̄os cōtulit eſſe volo
Nāqꝫ malignari ſi vellem. ſi qꝫ qđ abſit
Neſcirē labijs ponere frena meis
Multi de medio fierēt dignasqꝫ ſubirent:
Penas pro meritis carceris atqꝫ crucis
Nocte ſub obſcura q̄ fiunt multa nephanda
Et que nocte nigra ſint michi nota ſatis
Quid facia dn̄s quid dicat ſeruꝰ iniquꝰ
Si fora nouiſſent oīa ſicut ego
Sepe viros multos multas eciā mulires

In cruce ſuſpenſos mane videre foret
Ruſticꝰ vxori tacitꝰ quid dicit in aure
Ipſe licet nolit me latuiſſe nequit
Dij nolūt ꝙ me contingit ledere queꝙ̄
Vel ſcelus alterius prodere voce mea
Abſit vt aſſimiler coruo qui prodidit illum.
Qui ſibi precipue cauſa ſalutis erat
Iupiter ante precor in me ſua fulmīa mittat
Deuoret et terra meqꝫ genꝰ ꝙ meū
Me priꝰ vnda maris abſorbeat inqꝫ ꝓfundū
Gurgitis inferni precipitatꝰ eā
Qm̄ cōmiſſa michi q̄uis ſecreta reuelem
Exeat aut ſermo prauꝰ ab ore meo
Cū quibꝰ ē vita cui vis coīs habenda
Hos niſi cōmendet laudet hōret amet
Deſipit et ſtatue ſimilis quāuis ſine ſenſu:
Corpis huāni ſenſibile corpus habet
Hic meꝰ ē aīmus hec eſt ſentencia vera
Hec ꝓ me ſolo dixero ſolus ego
Piſus et accipiter ꝓ ſe reliqꝫ loquant̄
Qui ſatis etatis vocis et oris hn̄t
Ruricolis ſubici mea me fortuna coegit
Et procul a regū iuſſit abeſſe domo
Huc niſi vim paſſus venio delatus in aulam
Interſum regū conſilijs ꝙ ducū
Hijs loca ſecreta ſtrepituqꝫ carēcia vulgi
Et ꝓcul a turbis icoluiſſe dat̄
Principis in thalamo poſiti ſtatuunt̄ ī alto
Vt de ſublimi multa videre q̄ant
Angulꝰ extremus thalami locꝰ aptus agēdis

Rebꝰ in occultis intitulaꝫ eis
Illic cōſilia crebro capiunꝫ iniqua
Illic tēptari peſſima ſepe ſolent
Gracioꝛ interdū pueris ſimul atꝫ puellis:
Angulꝰ eſt aura nox tenebroſa die
Hic ſolet abſcōdi fructū qđ ventre ſoluto
Egrediēs tēpus vim tulit ante ſuū
Hic qꝫ conſueuit fieri confeſſio. nulli:
Facta ſacerdotū nec facienda reoꝛ
Hic aconita latent longo q̄ſita laboꝛe
Hicqꝫ nouercaꝝ carmīa dira vigent
Vt puer ancipitrē veniēs de nocte ꝓfunda
Viſitet infirmū poſtulat ille locus
Hic locos aſmaticos ſanat. curatqꝫ caducos
Et facit in noctē ſepe venire diem
Hec igiꝫ loca ſunt quibus eſt odioſa lucerna
Et viciꝫ titulo ꝑmia laudis habent
Niſus et accipiter loca q̄ malefacta ſequanꝫ
Rem bn̄ nouerūt que ſit et vnde loquoꝛ
Hiꝫ duo precipue ſi vellent dicere verū
Mira quidem poſſent dicere vera tn̄

¶ Hic brunellꝰ deniqꝫ niſum intro-
ducit loquētē eciā de fideli cōſiliario

Talibꝰ auditis niſus rn̄det. iniquū:
Arbitroꝛ officiū deſeruiſſe ſuum
Nos ſumꝰ ingenui generoſo ſcemate nati
Non decet os nr̄m turpia verba loqui
Quitquid agūt pueri nobis paciēcia facti
Tꝑe perpetuo qꝫ ſit habenda puto

Si ludūt pueri cū nō ledamur ab ipſis
Cur ledam⁹ eos ſit procul iſte furor
Qui ſua nō dubitāt nobis ſecreta fateri
Ne pdam⁹ eos iure tenemur eis
Nos pueri paſcūt nos portāt noſ reportāt
Nos qꝫ cōſeruāt ſedulitate ſua
Redditꝰ exoſus merito delator amico:
Criminis eſt crimē īpoſuiſſe ſuo
Cū taceāt oculi q̄ res qꝫ videre ſtupendas
Cur qd̄ nō videat garrula lingua refert
Abſit vt os oculis hac cōditione miſtret
Alter vt ambob⁹ cauſa ſit vn̄ ruant
Os male ſi prauū laxes cū ſit tn̄ vnū
Quid prodeſt oculos cōtinuiſſe duos
Os igitꝰ prauū taceat quoaduſqꝫ loquantꝰ
Aures aut oculi pes ve man⁹ ve ſibi
Soluere tūc poterit īdicta ſilencia lingua
Cū prius audierit cetera mēbra loqui
Si prius ediderit ocul⁹ qd̄ vidit ad auris
An̄ qd̄ audiuit peſ man⁹ꝫ mea
Libera cum ligua ſua vox redditꝰ in oēs
De quib⁹ ad pn̄s q̄ſtio mota fuit
Hoc tn̄ adiecto qd̄ quis ſibi forte cauere
Nec mēbris valeat muta ſit vſqꝫ q̄at
Nā nichil in mūdo cū ſint nequiſſiā multa
Hoc vicio neqꝫ nequius eſſe poteſt

Volūtas et rō brunelli loquitꝰ ad galienū
Talia dicēte niſo mea lumia clauſit:
Sompn⁹. et incepi ſtertere more meo

A ſonitu volucres vernaqꝫ velocius aura
Excite ſubito diſparuere loco

¶ Idem bru. de inſtabilitate mūdi

Talia mi doctor mecū dū ſepe recordor
Artor et in curas diſtrahor ipſe graues
Cūqꝫ nichil ſtabile maneat ſub orbe creatū
Quis neget inſtabilem quēlibet eſſe ſtatum
Een ego qui furrā iuuenis paciensqꝫ labor
Et fortis modo ſum fract⁹ et ipſe ſenex
Cūqꝫ ſatis conſtat centū vixiſſe ꝑ annos
Vix michi iam videor tres habuiſſe dies
Oīa teſtant̄ ſolū ſupereſſe ſepulchrū
Sicqꝫ dies ſupeſt auguror eſſe breuē
Viuere velle diu nichil ē niſi velle qđ abſit:
Viuere peccō. vita ſit ergo breuis
Cū ſine peccō non ſit naſcētis ab aluo
Vna dies pueri quid reor eſſe michi
Qui ſꝑ pecco nūq̄ꝫ miſer reſipiſco
Non metuēs hoīem deſpiciens qꝫ deū
Nec tn̄ ignorās pecco. ſed praua ſcienter:
Et prudens facio religioſus ego.
Cūqꝫ miſer meditor loquor et operor mala ſꝑ
Poſteriore die deteriora ſequor
Praū⁹ heri peior hodie cras peſſim⁹. vltra:
Quo nam ꝓgredior pron⁹ in oē malum

¶ Hic iter bru. ꝓponit ſe tradere religioni ſue

Hinc ē q̄ꝫ ſtatuo me tradere religioni
Cui⁹ ego prim⁹ doctor et auctor ego

Hāc ego quācicꝰ dn̄o preſtāte ſubibo
Sollicitꝰ vite de breuitate mee
Hac q̄ꝫ de cauſa romā deuotus adibo
Vt confirmet̄ hic nouꝰ ordo michi
Nec michi difficilē ſup hijs credo fore papā
Aſſenſum facilem curia tota dabit

¶ Brunellꝰ cōſulit galieno vt ſecū ītret eūdem ordinem

Et ſi forte velis vitā mutare mgr̄
Cōſilio ne quoqꝫ longiꝰ ire pares
Nec te diſcipulo pudeat tua colla mgr̄:
Subdere pro dn̄o. proqꝫ ſalute tua
Iſtud cōtingit in religione frequenter
Qđ maior ſeruit preficit̄ qꝫ minor
Digna ſub īdignis viuūt: roſa ſub ſaliūcis
Lilia ſub tribulis ne mouearis in hijs
Opprimit ingeniū ſeruꝰ ſtultꝰqꝫ diſertū
Iniuſtus iuſtum nox tenebroſa polum
Qđ magis abiectū vel qđ minꝰ vtile cernūt
Maiori ſtudio magnificare ſolent
Exemplūqꝫ mee mr̄is meditemur in actu
Qđ fuerat ſolita ſepe referre michi

¶ Hic ītroducit exēpliū de tribꝰ deabꝰ fatalibus q̄ pce dicunt̄ et fingunt̄ fila ducere

Ibāt tres hoīm curas releuare ſorores
Quas nos fatales dicimꝰ eſſe deas
Vnꝰ erat cultꝰ tribus hijs. eademqꝫ volūtas:

Nature vicijs ferre ſalutis opem
Et qđ aura min⁹ dederat vel ꝓdiga multū
Hijs emēdandis plurima cura fuit
Dū graderent̄ ita caſu reperiere puellā
Colle ſub vmbroſo que ioue digna fuit
Nā formoſa nimis generoſo ſcemate nata
Equabat vult⁹ nobilitate genus
Propter eā ſuperi ſuperis ſi nota fuiſſet
Mouiſſent magno ꝑlia magna ioui
Jupiter ipſe polo ꝙ̄ virgine ſe caruiſſe
Septēni ſpacio mallet et exul agi
Nil tribuiſſe magis potuit natura decoris
Si ſtiga iuraſſet vel ioue nata foret
Planctib⁹ ille tn̄ tantis lacrimiſqꝫ vacabat
Qđ circūpoſitam ſepe rigaret humū
Nūc faciē cedens nunc palmis pectora tūdens
Nō requieſcebat vnguib⁹ ora ſecans
Hac igit̄ viſa gemine voluere ſorores:
Ferre ſalutis opē ſi licuiſſet eis
Inſtabātqꝫ due dn̄am ſociāqꝫ rogantes
Vt ſaltē ſineret mici⁹ eſſe malū
Illa ſed econtra verbis vultuqꝫ renitens:
Obſtitit. et ſurda ꝑtulit aure preces
Sed ne ſollicitas ſuꝑ hijs timidaſqꝫ ſorores:
Et quaſi cōtemptas redderet. īquit eis
Venim⁹ vt noſtis nos tres iuiſere mundū
Vt ferrem⁹ opem ſed quib⁹ extat opus
Non opus ē iſti quia quā natura beauit
In quantū potuit et quib⁹ auſa fuit
Cui gen⁹ et ſpeciē forme tribuit ſpecialem

Debet et id nobis et ſatis eſſe ſibi
Forſitan auxiliū ſi preſtaremꝰ eidem
Poſſet de facili deteriora pati
Obfuit augmentū multis meliꝰ qꝫ fuiſſet
Viuere contētos ſimplicitate ſua
Querere q̄ꝫ ſupra vires ꝓprias aliena
Et vetitis ꝑiter illicitisqꝫ frui
Nature ſtudio q̄ non comitant̄ et vſu
Succūbunt leuiter deficiūtꝫ cito
Non patit̄ natura diu cōtraria iungi
Nec ſibi vim fieri. vult rōne regi
Dixit et abſcedens flentem triſtemꝫ reliq̄t
Non īmutato q̇ fuit ante ſtatu
Cūqꝫ recedentes feruētior vreret eſtas
Arearetꝫ nimis hinc calor inde labor
Vicini nemoris vmbras petiere volentes:
Arentē gelido fonte leuare ſitim
Iā nemꝰ attigerāt ſed et ecce puella venuſtas
Inqꝫ thoro poſita ſola iacebat ibi
Que cum numibꝰ aſſurgere leta paraſſet
Nō potuit multa mole retenta pedū
Nō potuit fecit ſua brachia prona tetēdit
Obtulit et lepide verba ſalutis eis
Edocuit viā nemoꝝ qua ꝑte ſerenꝰ:
Fons erat. et viuas ꝑturiebat aquas
Addidit et dicēs irem comes ipſa libenter:
Vobiſcū. ſinerēt ſi mea fata michi
Sꝫ pedis et femoris cū pōdere cūꝫ dolore.
Hereo cōtinuo corpe fixa thoro
Huc et vt vmbrarer alieno fulta ducatu:

Non ꝓprio veniſſumqꝫ relicta michi
Talibꝰ auditis gemine fleuere ſorores
Querētes dn̄am flectere flendo ſuā
Cūqꝫ nimis flerent multūꝫ diuqꝫ rogarēt
Quatenꝰ huic ſaltē redderet ipſa gradum
Vt pedibꝰ niti ꝓꝑijs poſſetꝫ reuerti:
Sana: nec vlteriꝰ egra tenere thoꝝ
Illa nichil mota ſed nec miſerata ſorores
Ibat et exorſa taliter īquit eis
Vt decet et debet multa pietate moueri:
Vos video. bene nūc votaqꝫ vrā ſcio
Sūt pia. ſed iuſta non ſunt. q̄propter opꝫ:
Iure repellant̄ que ratione carēt
Virgīs illiꝰ pro qua me ſollicitaſtis
Que ſit conditio cernite quiſve ſtatꝰ
Pōdere preſſa pedū ꝓhibetur figere greſſum
Heret et aſſiduo pondere merſa thoro
In mēbris alijs qꝫ vigent ſpecialia dona
Si bn̄ penſetis inſita multa manent
Hinc ſenſu mētis hinc pollet acumīe vocis
Moribꝰ et ſtudijs hinc vacat inde viget
Grā tanta ſibi manuū cōceſſa videtur
Qd vix aut nūq̄ poſſit habere parem
In tribꝰ excellit cū ſit pulcherrima vultu
Pectore voce manu ſunt ſatis iſta ſibi
Sola decem poſſit ſatis exhibuiſſe puellis
Ex manibꝰ ſolis. ſola quid ergo iacet
Non opus ē igit̄ ditari munere nr̄o
Cui natura potens tot precioſa dedit
Officio priuata pedū ſi languet in vno

In tribus aut certe q̄tuoꝛ ipſa viget
Talib⁹ auditis lacrimas tenuere ſoꝛoꝛes
Reſtanteꝫ ſibi coꝛripuere viā
Serioꝛ hoꝛa deas monet īdulgere quieti
Alternaqꝫ vice nocte leuare diē
Cūz foꝛent poſite ſeſe iā cōpoſuere
Vꝛbis in ītroitu q̄ ꝓpe foꝛte fuit
Exijt in biuiū ventrē purgare puella:
Ruſtica. nil reuerēs inuerecūda deas
Veſtib⁹ elatis retro nimiūqꝫ reiectis
Poplice reflexo crure reſedit humi
Vna man⁹ fenū panis tenet altera fruſtū
Sed neqꝫ ꝓpopulo ceſſauit pꝛetereunte
Nec ꝓpter poſita numina ſacra pꝛope
Erubuere due viſum vultūz tegentes
Veſtib⁹ obiectis arripuere fugam
Tercia ſubſiſtens reuocāſqꝫ duas fugiētes
Vt q̄d ait fugitis ſiſtite queſo gradū
Que nā cauſa mali nō ſompnia vana videtis
Qđ mō vidiſtis alter oꝛizon erat
Non habuit meli⁹ q̄ꝫ qđ nobis manifeſtū:
Fecit. et oñdit ſimplicitate ſua
Si natura potens meſere melioꝛa dediſſet
Non ita monſtraſſet coꝛnua luna noua
Hic op⁹ hic op⁹ eſt nō ꝑcere ſed miſereri
Et feſtinādo ferre leuamē ei
Hic op⁹ hic opus ē et diffundam⁹ habunde
Et dem⁹ larga munera magna manu
Huic nichil oīno diues natura reliquit
Hec eget hic op⁹ eſt vt faciam⁹ opem

Iſta ſua numq̄ꝫ virtute reſurgeret·iſti:
Eſt pietatis opus ferre ſalutis opem
Si cadat iſta ſemel nō eſt q̇ ſubleuat ipſam
Nec quitq̄ꝫ ꝓpriū quo releuetᷣ habet
Paup̄ inops et egēs quā ſic natura beauit
Inſita q̄ꝫ miſere grā nulla manet
Non quē fortuna ſed quē natura beauit
Munere virtutū diuites oēs habet
Contra naturā nichil inſeruiſſe valemꝯ
Nec volumꝯ niſi qᷣ de rōe licet
Intꝯ et exterius eadem natura manebit
Que prius extiterat ſed ſtatꝯ alter erit
Qōqꝫ nequit fieri naturā degenerare:
Nolumꝯ. īiuſtas non decet eſſe deas
Res et opes adici poſſunt extraqꝫ liniri
Nature ſalua ꝓprietate ſua
Nos igitᷣ quibꝯ eſt ſup̄ hijs collata poteſtas
Demꝯ habūdanti munera magna manu
Diuicias et opes cenſus fundos et honores
Predia mōtana paſcua prata greges
Urbis et iſtiꝯ dn̄am ſtatuamꝯ eandem
Ut nichil in nr̄o munere deſit ei

¶ Iterꝫ bru. hortatᷣ galienū vt ſubeat ordini eiꝯ

Hec mea multociēs genitrix narrare ſolebat
Cuiꝯ me certe nō meminiſſe pudet
Talibꝯ exēplis in religione frequenter
Multa ſolent fieri q̄ ratione carent
Hic modꝯ eſſe ſolet in religione mgr̄

Illud opoꝛtebit te q̄ꝫ ſepe pati
Illud vbiq̨ viget hec ſunt ſpecialia multis
Hic prelatoꝝ mos malus eſſe ſolet
Hec ſunt q̄ faciūt inconueniēcia multa
Ut ne cōuaniāt paſtoꝛ oues q̄ꝫ gregis
Hec ſunt q̄ pariūt in religione ruinas
Scandula contēptū ſciſmata dāpna dolum
Cetera cū poſſit multis obnoxia virtus
Contemptū ꝓpriū diſſimilare nequit
Nil grauiꝰ ledit mentē nil alciꝰ vrit
Qm̄ cū virtutū munera ſpreta iacēt
Cetera cū ſoleāt eciā cū t̄pe labi
Hoc aīm nūq̄ꝫ deſeruiſſe ſolet
Vulneris hoc genꝰ ē qđ p̄ medicamīa creſcit
Et grauiꝰ tactu t̄pis vlcus habet
Aſpidis hoc aīo facit īſtillare venenū
Cui nichil antidotū preualuiſſe poteſt
Contemptū ꝓpriū qui ferre poteſt pacienter
Cetera de facile ſuſtinuiſſe poteſt
Oīa cum ſoleat victrix paciēcia ferre
Victa ſub hoc onere ſuccubuiſſe ſolet

¶ Timet brunellꝰ de euētu futuro malo ex ſigno qđ ei accidit

Talia dicēti ſubito de nare ſiniſtra
Frigidꝰ erupit ſanguis et ipſe breuis
Quo ſtati viſo dixit brunellꝰ. iniquū:
Protendūt aliquid talia ſigna michi
Olim nocte prius q̄ꝫ caudā mane moloſi:
Surripuere meā. cōtigit illud idem

Proſpera det dn̄s m̄ nūc et de mane duro:
Eruat. inqꝫ bonum ſit cruor iſte precor
Ui mane ſuo currēs lepus et capra clauda
Obuia ſint illis. qui mala nr̄a volūt
Noctua prima p̄cor ſit auis q̄ mane ſereno:
Exeat. occurrēs hoſtibꝰ arta meis
Obuia nens veniat lanā de vellere nigro
Deqꝫ talo taxi feina nuda pedes
Mane ſenex caluꝰ et veſpe crine ſoluto:
Hoſtis in occurſum curua ferat anꝰ
Obuiꝰ occurrat vtriuſqꝫ coloris eiſdem:
Obſtipo monachus vertice voce carēs
Pauperis et vidue veniēs de funere triſti:
Preſbiter iratꝰ ipſe ſalutat eos
Ad leuā buſo trāſuerſus corpe toto
Hijs prior occurrat et ferat ipſe pedem
Quiqꝫ ſolet dici peſtiſqꝫ nocētior oī
Ruſticꝰ occurrat hoſtibꝰ ipſe meis

¶ Qualiť bruuellꝰ tādem poſt diuturnū
errorem a dn̄o ſuo bernardo repitur

Vix ea fatꝰ erat cū ruſticꝰ ecce cruētꝰ:
Intrās et acclaudens oſtia dixit ita
O brunelle michi multos q̄ſite p̄ annos
Et nūc fortuitu vixqꝫ reperte tn̄
En ego bernardꝰ dn̄s tuꝰ en ego certe
Sub quo p̄terita crimia cūcta lues
Huc ades accede mecū. gradieris ad vrbem
Unde receſſiſti nocte patrādo dolū

Et nouꝰ ãnus erat et ſabbata ſacra fuerũt
Tp̄e q̄ꝛ ſcelus hoc auſus es atꝫ nephas
Et bñ ſi recolo poſtq̄ me deſeruiſſes
Quatuoꝛ aut quinqꝫ luſtra dedere locũ
Jã ſenio fractꝰ iã viribꝰ atꝫ vigoꝛe:
Coꝛpis effractus diceris eſſe ſenex
Abſit vt vlteriꝰ quitq̄ niſi foꝛte coactꝰ
Siue libẽs facies abſqꝫ laboꝛe tñ
Vſibꝰ addictꝰ tm̄modo cotidianis
Nil facies niſiqd̄ paucula ligna feres
Spoꝛtellas eneas geīnas. dupliceſqꝫ farine:
Saccos. meqꝫ ſup nec graue ponꝰ ego
Dixit et īmiſſo capiti de moꝛe capiſtro
Duxit et abduxit fuſte docente viã
Et ne foꝛte fugã rurſus meditet̄ iniquã
Subtrahat et dño debita penſa ſuo

¶ Bernardꝰ abſcidit vtrãqꝫ aurẽ bꝛunelli ne am
plꝰ diſcurreret

Funditꝰ abſcidit aurẽ bernardꝰ vtrãqꝫ
Cautioꝛ vt fieret cauteriatꝰ ita
Tũc bꝛunellꝰ ait bernardo. nũc ſcio vere
Vertice cũ cauda cõueniẽte meo
Qd̄ m̄ ſit verꝰ ſcũsqꝫ ꝓpheta locutꝰ
Pariſius dudũ dũ meditarer ibi
Hic q̄ſi pꝛeterita narrauit ſepe futura
Multaqꝫ p̄dixit nõ memoꝛãda modo
Quitq̄d ei factũ vel dixerit eſſe futurũ
Fecerut factis verba ſecuta fidem
Sepiꝰ ille m̄ de te q̄ꝫ multa locutus

Nec ſunt priuata pondere verba ſuo
Sepe meos caſus et que vētura ſuper me:
Viderat. expoſuit preſcius ille michi
Proſpera quiqꝫ michi predixit adeſſe futura
Poſtq̄ꝫ preterita quiqꝫ ſiniſtra forent
Quatuor ex quiqꝫ iam p̄teriere ſiniſtris
Que michi predixit ille ꝓpheta meus
Quīta m̄ ſupeſt ſed et ipſa nouiſſima plaga
Quā ſum paſſurꝰ perpetior qꝫ modo
Vltimꝰ ille dolor erit vltimꝰ ille doloꝝ:
Terminꝰ. et tāti meta laboris adeſt
Vltima plaga michi finē requiē qꝫ laboꝝ:
Conferet. et voto ꝑfruar ipſe meo
Nāꝫ meis iā quīꝫ malis mō ſic ſupatis
Mox totidem veniēt ꝓſpera fata michi
Ruſticꝰ hic nequā velut extitit añ doloꝝ:
Principiū nobis. ſic q̄ꝫ finis erit
Prima mali cauſa contrariꝰ atꝫ rebellis:
A puero cepit ruſticꝰ eſſe michi
Prima ſtatꝰ nr̄i per eū michi q̄ſtio mota
Nāqꝫ prius toto tp̄e liber erā
Callidꝰ ille prior ſibi me ſeruire coegit
Fecerat et multū ferre laboris onꝰ
Sed vice cōuerſa finē vexatio nr̄a:
Vn̄ priꝰ cepit ē habitura ſuū
Non ego crede michi ſed ruſticꝰ ille malignꝰ
Preſtitit exēplū principiūꝫ mali
Vn̄ ſuis meritis cōdigna rependere certe:
Non erit indignū. ſed pietatis opus
Lex antiq̄ iubet pro mēbro reddere mēbrū

Dentē dente. pede reſtituiſſe pedem
Sic ego bernardo faciā. niſi forte qḋ abſit:
Fata vocēt aliīs ꝙ mea vota velint
O ſi bernard⁹ q̄ ſunt vētura videret
Et ꝙ brunello gloria magna manet
Nō ita me premeret virga baculoqꝫ feriret
Nec ferrū faceret in latus ire meū
Sed poci⁹ ꝓſtratus humi veſtigia nrā:
Pron⁹ adoraret porrigeretꝫ preces

De caſu bernardi et de oriano

Talia brunello ſecū meditāte cremonā
Intrat et eſt dn̄o ſubdit⁹ ipſe ſuo
Contigit interea bernardo res memorāda
Que ſatis in tota nota cremona fuit
Fama freqūes populi rerū facies rediuiuas
Suſcitat et veteres res facit eſſe nouas
Fama freqūes populi ne tp̄a geſta ſeneſcāt
Annoꝝ ſenio conſuluiſſe ſolet
Dāpna vetuſtatis morituraqꝫ tp̄a nobis:
Fama freqūes redimit. geſta priora docēs
Tres habuit pueros pauꝑ bernard⁹ alendos
Quarta fuit cōiunx quint⁹ azellus erat
Ille dom⁹ dn̄iqꝫ ſui ſubſtācia tota
Solus erat ꝙuis parua paruqꝫ valens
Ad fora ligna trabēs ſeſeqꝫ dn̄mꝫ domūꝫ
Quiqꝫ labore ſuo ſolus alebat eos
Contigit ergo ſemel ꝙ cū bernard⁹ ab vrbe
In nem⁹ exiſſet ipſe comes qꝫ ſuus

Audirent hoīs velut exiſtētis in antro
Vox foret exclamās auxiliūqꝫ petens
Heſit et obſtupuit primo bernardꝰ et inde
Impoſuit frōti ſigna ſacrata crucis
Diſcernēſqꝫ modū clamoris vocis acumen
Corꝑis humani cōperit ipſe ſonū
Deſignāſqꝫ locū quo vox diffuſa ꝑ auras:
Clarius audit̄. ire ꝓpabat illuc
Sicz ſonꝰ vocis vox verbi nūcia tandem:
Noſſe dat expreſſa verba quid ipſa velint
Nobil atꝫ potēs vir magnꝰ ab vrbe cremona
Forte drpanꝰ erat diues et ipſe nimis
Qui cū ſepe canes ſeqretur amore ferax
In foueā lapſum contigit eſſe ſemel
Os erat anguſtū fouee ſed lata deorſum
Atꝫ ꝓfunda nimis et tenebroſa fuit
Corruerāt qꝫ ſimul in eam leo ſimea ſerpēs
Cum quibꝰ et quartꝰ ipſe drpanꝰ erat
Hijs tribꝰ in foueā lapſis. collapſus et ipſe:
Hoſpes et īuitus ceperat eſſe comes
Quiſqꝫ ſibi timuit tacuitqꝫ timore coactꝰ
Preter eum cui vox aucta timore fuit
Quarta dies aderat ex quo clamore lugubri
Queſierat vana voce ſalutis opem
Qua tn̄ excitus venit bernardꝰ. et illum
Poſcit vt exponat. quis ſit et vnde refert
Ille drpanꝰ ait miſer miſerabilis hic ſum
Qui nuper fuerā maior in vrbe mea
Quiſqs es accede fer opē miſeroqꝫ miſertꝰ:
Extrahe. pro certo premia magna feres

Quitq̃d in hūanis rebꝰ m̄ichi cōpetit. illud:
Pro mercede tua dimidiabo tibi
Quoz magis poſſes ſecurior eſſe. decoꝝ:
Per ſacroſcā numina iuro tibi
Talibꝰ auditis ſpe lucri ductꝰ ad antrū:
Ruſticꝰ accedens accelerauit opus
Vimine contextū funē dimiſit. at illū:
Simea corripiēs exit abitꝫ cito
Tūc ita bernardꝰ ſathane fantaſmate luſum:
Se reputās· dixit vuach quid īeptus ego
Ecce quid extraxi dū debuit eſſe drpanꝰ.
Demone fallente ſymea magna fuit
Eſt locꝰ īfauſtꝰ vox demonis. ars. qꝫ maligna
Me male ſubuertit meqꝫ fefellit ita
Ergo reuertar ego ſigno crucis ītitulatus
Ne qₒcūꝫ malum poſſit obeſſe michi
Talia dicentē magno clamore drpanus
Aduocat adiurat multiplicatꝫ preces
Et ne deluſum ſeſe fantaſmate credat
Cōmemorat ſcōs et ſacra verbarefert
Poſtulat vt funē rurſus dimittat in antrū
Premia ne pereāt ꝑcipienda ſibi
Vincit amor lucri rurſum mittit ad yma:
Funē. ſed fruſtra ſpe pereūte ſua
Funibꝰ īmiſſis ſerpēs exiuit ab antro
Horridꝰ aſpectu delituitꝫ cito
Quo viſo bernardꝰ ait. tua dona drpane:
Reſpuo. cūcta tua ſint tibi tuqꝫ procul
Demonibꝰ plenꝰ locꝰ hic. fantaſmata terre:
De gremio profert et noua mōſtra parit

Jamq; receſſiſſet fugiēs ſine ſpe redeundi
Spes niſi lucrādi detinuiſſet eū
Spes et amor lucri cupidū vicere. dryano
Que pmiſſa iuuāt multiplicāte preces
Ordine q̊ ſupra miſero remanēte dryano
Funib⁹ īmiſſis exijt ante leo
Palluit inſpecta bernard⁹ ad ora leonis
Concutit et gelid⁹ oīa mēbra timor
Nec remanere putat tutū nec voce timorē
Prodere. nec celerē corripuiſſe fugam
Si fugit ecce fame longa ſtimulante coact⁹:
Circuit eſuriēs ore fremente leo
Si manet exoſus loc⁹ eſt quia demone plen⁹
Exactoq; die nox metuenda venit
Virib⁹ elapſis ſenſum timor ebibit. artus:
Deficiūt. dn̄o deficiente ſuo
Auget et hec ſecū vox exclamātis in antro
Importuna ſatis et miſerāda nimis
Spōdet opes et agros turrita palacia ſpōdet
Quitq̄d ſpondere corde vel ore poteſt
Jāq; tot addiderat precib⁹ pmiſſa. q̄ ipſa:
Vox ſimul et vent⁹ deficiebāt ei
Et pietate ſua niſi plus īnata cupido:
Cōuertit cupidi vota viāq; viri
Ardet anhela ſitis et ſpe fallente laborē:
Ampli⁹ accenſa. creſcit auara fames
Funib⁹ īmiſſis tandem bernard⁹ ab ymo:
Carceris horrendi triſte leuauit on⁹
Vtq; ſolent crebro varij contingere fines
Caſib⁹ in varijs precipueq; malis

Cū ꝑpe iā putei foret egreſſurꝰ ab ore
Inq; pedem letus depoſiturꝰ humo
Rupto fune miſer rurſum cecidiſſe ad yma
Ni cita bernardi dextra tuliſſet opem
Qui ſubito caſu capiēs retinēſq; ruentem
Longiꝰ abſtraxit reſtituitq; ſuis
Sic prie domuiq; ſue rebꝰ q; dryanus
Redditꝰ euaſit dāpna pericla necem

¶ Euaſio dryani et eiꝰ ꝑfidia deſcribit

Quo fcō bernardꝰ adeſt poſcitq; dryanū
Vt firmata fide pacta tenere velit
Quē q; mutata facie conſiderat. olim:
Facta recordat᷑ et ſua pacta petit
Et ſi nō poſſet ſeruare per oīa pactū
Vel saltē pacti ꝑs quota det᷑ ei
Ille ſed econtra pactū negat hūcq; furoris:
Arguit. et canibꝰ arcet ab ede ſua
Quoq; magis cogat miſerū reticere minat᷑:
Priuandū capitis ꝓprietate ſui
Obſtupefactꝰ ob hoc verbū bernardꝰ ab aula
Feſtinās digito opprimit ora ſuo
Comptoq; ſatis q ſit metuenda poteſtas
Atq; q interdū diuitis ira furor
Tutiꝰ eſſe putat linguā cohibere. dryanū:
Qm̄ de ꝓmiſſo ſollicitare ſuo
Nā cui ſunt eciā ſuſpecta ſilencia certe
Verba magis fieri ſuſpicioſa ſolent
Diuitis offenſam non ē īcurrere tutum
Cuiꝰ rara fides et metuendꝰ amor

¶ De remuñeratione ſcã bernardo
ꝑ ſymeã leonem et ſerpentem

Cũcꝫ die quarta ſiluã bernardꝰ adiret
Brunello dñm more ſequente ſuum
En leo depoſita ſolita feritate ferinis
Carnibꝰ oblatis ãnuit ore pede
Sicqꝫ vicẽ meritis referẽs gratesqꝫ repẽdens
Et ſic q̃qꝫ poteſt ꝑte iuuare iuuat
De grege ceruoꝝ quẽ pinguiꝰ eſſe putabat
Attulit et dño contulit ipſe ſuo
Vertice ſubmiſſo. necdũ remeãte leone
Venit et in dorſo ſymea ligna ferens
Lignoꝝ qꝫ struem poſitã ꝓpe quã ꝑrius ipſe:
Fecerat ex ſicco premia mõſtrat ei
Quã ſibi tollendã ſe collegiſſe reuelat
Nutibꝰ et ſignis officioꝫ ſuis
Nec ſemel aut iteꝝ fuit hoc iterare. ſed oĩ:
Quo bernardꝰ adeſt conſtituere die
Hec duo cotidie carnes et ligna ꝑata:
In nemꝰ adueniẽs accipiebat ibi
Sꝫ neqꝫ ſerpenti labor ẽ ĩpenſus ĩ anis
Munere q̃ modico maxima dona dedit
Nã ſemel accedens ſupplex. ſimiliꝫ volenti:
Si poſſet grates voce referre ſua
Faucibꝰ incluſam gẽmam dimiſit abi ore
Inſpueritꝫ manu ſuſcipiẽtis eam
Ne ve morã faciẽs faceret collata minoris
Ponderis et precij dona tenore ſui
Protinꝰ aufugiẽs. doni dãtiſqꝫ fauorẽ:
Auget. et obtentu ſit fuga grata ſuo

Cuiꝰ ei non eſt pñcia grata videnti
Dona paꝝ ſapiunt et ſua verba minꝰ
Talia bernardꝰ cernēs ſenſumqꝫ feraꝝ
Factaqꝫ dinumerās hic ſtupet inde ꝓbat
Carnes ligna lapis q̄ dāt leo ſymea ſerpēs
Moribꝰ īgenuis p̄dicat eſſe feras
Beſtia pro meritis dū premia digna repēdit
Arguit ingratos īmemoresqꝫ boni
Q̃d bñ bernardꝰ male reſpondente dryano
Pro meritis tātis ſe didiciſſe probat
rat
Ditatio bernardi ꝑ lapidē quē ſerpēs ei dede-
Munere dotatus tāto bernardꝰ ad vrbē:
Feſtinat leto corde iuuāte pedem
Atꝫ ſui lapidis vires cognoſcere q̄rens
Artifices lapidū ſollicitari ſtudet
Sed lapis ignotꝰ nec in vrbe reptus eadem:
Antea. ſcire negāt inſita dona ſibi
Quē tūc eris egēs tandem diſtraxit. et auri
Pondere pro triplici fecit abeſſe ſibi
Cūꝫ domū veniēs vellet numerare monetā
Quā retinere magis q̄ꝫ numerare iuuat
Quē mō vēdiderat lapidem p̄ciumꝫ tenebat:
Impoſitū loculis cōperit eſſe ſuis
Quē retinere volēs timuit. q̄a principis illū:
Emerat eunuchꝰ. vir bñ notꝰ ei
Vñ celer rediēs ſimulās errore retentum
Reddidit emptori fida timore manꝰ
Vix bernardꝰ erat ītra ſua tecta receptꝰ
Cū lapis in loculis ecce reuerſus adeſt

Reddidit eunucho rurſus velut ante relatū
Sȝ redeunte domū rurſus et ipſe redit
Jamȝ reuerſus adeſt tociēs quociēſqꝫ relat⁹
Et vice cōuerſa res variata fuit
Nō murmur populi regis ꝑuenit ad aures.
Et rumor lapidis ſe referētis ita
Qui nouitate rei duct⁹ ꝑcepit adeſſe
Non lapidem ſolum ſed ſimul hūc et eos
Partib⁹ accitis mixtus cū diuite pauper:
Intrat. et īgreſſus atria lata replet
Sub dāpno capitis ſub conditionis et vrbis
Subqꝫ fide xpī quaȝ tenent̄ ei
Rex iubet vt ſi quis factū factiȝ tenorē:
Nouerit. īpune dicat et abſqꝫ metu
Que ſit cauſa latens. qua nā ratione lapillū:
Collatū tociens nil retinere queat
Vn̄ ſit ablat⁹ vel qua regione reptus
Nō ſit ei nomē gloria ſi qua latet

¶ Rn̄ſio bernardi corā rege de acq̄ſitione lapid̄

Surgit ad hāc vocē poſcēſqꝫ ſilēcia ſol⁹
Bernardus. regis ꝓcidit ante pedes
Exurgēſqꝫ ſtatim poſitoꝫ timore. reſumptis:
Virib⁹ ebibitis. ora reſoluit ita
Quatuor in puteū nuꝑ cecidere ꝓfundum
Ex quib⁹ vn⁹ homo treſqꝫ fuere fere
Exitus oīs eis fuit interdict⁹ et eſſet:
Tēpus in oē meū· ni mea cura foret
Nāqꝫ loci talis puteus fuit ordine tali:
Deposit⁹. ceca nocte tegente diem

Dū nemꝰ ingrederer ſoli comitatꝰ azello
Auribꝰ inſonuit vox miſerāda meis
Quā dū ꝓſequerer multo diſcrimīe. tandem:
Aſſequor. inquirens q̄ ve vel vn̄ foret
Que m̄ reſpondit qm̄ fuit ipſa drapani
Qui iā factus erat q̄triduanꝰ ibi
In puteū lapſi fuerāt leo ſymea ſerpens
Hoſpes et ipſe tribꝰ quartꝰ adauctus erat
Sed tn̄ id tacuit ne me terreret eoꝝ:
Noīe prolato corriperemqꝫ fugam
Sed de poſt facta res manifeſta fuit
Nota ſatis miſero teſte labore meo
Anxius ille nimis mortiſqꝫ timore coactus
Hinc ſpondebant opes inde petebat opem
Jurauitqꝫ m̄ ꝑ numina ſumma. ſuūqꝫ:
Baptiſmū. xpi ꝑ caput atqꝫ pedes
Per ſcm̄ iacobū per thomā cātuarienſem
Quos eciā nudo vouit adire pede
Qđ michi res et opes ſed et oīa dimidiaret
Si meus inde labor tollere poſſit eum
Spes et amor lucri multū ſuaſere. drapano:
Multiplicante preces vt miſererer ei
Sed plus teſte deo vicit miſeratio mentē
Perſuadendo ſimul vimqꝫ ferendo michi
Artibꝰ ergo meis multo comitante labore
Quid ſcm̄ fuerit facta loquunt̄ adhuc
Qđ leo qꝫ ſerpēs qꝫ ſymea nō perierūt
Non eſt bernardus cauſa ſed ille fuit
Nā niſi ꝓpter eū quia cetera turba latebat
Qua prece quo precio curqꝫ grauarer ego

Quatuor extraxi fuit ille nouiſſimꝰ horꝝ
Cū quibꝰ et primū nollet habere locum
Vltimꝰ exiuit ſed vix tarde qꝫ dryanꝰ
Non quia tardꝰ ego ſed grauis ille fuit
Ergo grauē dixi. quē multo cū grauiorem
Optarē ſtricto iure fuiſſe meo
Rupta forēt vtinā mea vincula cūcta repēte
Et me fruſtraſſent ars qꝫ laborꝫ meus
Funibꝰ abruptis puteus clauſiſſet iniquū
Texiſſetꝫ ſuū nox tenebroſa caput
Reddidit obſequiū dignū michi cura ferarꝝ
Sit fera non fera ſit premia digna ferens
Nā leo preclarꝰ carnes referendo ferinas:
Preſtat. et aduentū preuenit ipſe meū
Symea ligna legit q̄ tute lcā reponit
Inqꝫ loco certo preparat illa michi
Hoc quociēs quantūqꝫ volo m̄ tollere tollo
Tamq̄ pro meritis certa tributa meis
Hūc eciā lapidem ſerpentis ab ore recepi
Propter quē pn̄s q̄ſtio mota fuit
Cui tn̄ aut alia q̄ ꝙ neq̄at retineri:
Inſita ſit virtus. neſcio teſte deo
Hec ita ſunt dn̄e mi rex. alterqꝫ locutū:
Qm̄ fuerit ſeruū non reor eſſe tuū
Ipſe velim ſine me q̄ras faciasqꝫ requiri
Vera rei ſeries q̄ ſit et an ſit ita
Premia veridicꝰ capiā. falſumqꝫ locutꝰ:
Si fuero. gladio vel cruce plectar ego

## ¶ Sentēcia regis ꝓ bernardo cōtra dryanū

Talibꝰ auditis rex iuſſit adeſſe dryanū
Nec mora iuſſus adeſt rege iubēte ſuo
Et quia de facto regi cōſtabat.et ipſa:
Res fuit indicijs certificata tribꝰ
Protulit edictū vel conſentire dryanū
Vt cū bernardo dimidiaret opes
Vel ꝙ per triduū putei loca nota ſubiret
Adiunctꝰ tribus hijs cū quibꝰ ante fuit

¶ Sentencia regis placet cūctis

In cōe placet cūctis ſentencia regis
Bernardo qꝫ ſatis res ita geſta placet
Maluit ergo ſua ſe dimidiare dryanꝰ
Et ſeruare ſimul pacta fidemqꝫ ſuam
Quā ſe fortune tali cōmittere.totū
Que ſibi ſubripet.dimidiando nichil
Dimidians igit̃ bernardo cūcta dryanꝰ
Triſtis et inuitꝰ dimidiata dedit
Nec minꝰ ingrati nomē notāqꝫ perhēni:
Incurrit.facti conditione ſui
Ex tūc bernardus fit letus flēte dryano
Nō ſic pōderat tanta dolore graui
Taliter ecce luūt ingrati ſepe.ꝙ ipſi:
Non reddūt digna premia pro meritis
Expedit idcirco melꝰ qn̄qꝫ dediſſe:
Corde libenti.ꝙ̄ detinuiſſe manū
Maxima pro meritis.ipendere premia digna:
Eſt pietatis opus et iubet iſta deus
Nō hoīs labor aut opꝰ vſqꝫ moret̃ apud te:
Mane.ꝙ hinc non ſit clamor in aure dei

Et noua lex dicit ꝙ q̇libet eſt bene dignꝰ:
Vir mercede ſua. teſte laboꝛe ſuo
Ergo q̄ non dāt dū tēpus poſtulat aut res
Suſcitat ipſe ſibi dāpna nociua nimis

¶ Hic autoꝛ cōcludit hꝰ opis librū hoꝛtās ad in tellectū

C edat in exemplū cuncta viuentibꝰ iſta
Bꝛunelli vita nam docet autoꝛ ita
Non qđ verba ſonāt. ſꝫ quitq̄d miſtice ſignāt
Scruteris lcōꝛ. caute q̇d ipſa velint:
Deſignare ſibi. poterit nūc foꝛte videre:
Plura pericula mali iure cauenda ſibi.
Nā ſūt nōnulli trāſcendere magna volentes
Et nitunt̄ ad hoc nocte dieqꝫ ſimul
Qui dū magna petūt et talia certe laborāt
Sepe repente ruūt ſepeqꝫ deficiūt
Contra naturā vel ſoꝛtem querere quitq̄:
Nemo poteſt illud reddere vel facere
Bꝛunello teſte qui dū queſiuit inepta
Sꝑ eī manſit qđ fuit ipſe pꝛius
Eſt felix igit̄ aliena ꝑicula cautum:
Quē faciūt. foꝛmāt et rōne regi·
Plura loqui poſſem ſed nolo ſcribere plura
Sufficiāt iſta carmina tam modica
Depꝛecoꝛ ergo pia ꝑce ſi quid lcōꝛ in illis:
Inueniat vicij vel rōne carens
Coꝛrigat ipſe pie. me cōmendanda marie
Felici nato qđ roget oīs homo

¶ Explicit ſpeculū ſtultoꝝ

8302 et 8303